Constans.
Temporis
Tumultus
Praeds
Walter Durnford
Eton College
£2 12 6
2 10

WALTER DURNFORD.

These Poems were Collected
by James Chapman,
Assistant Master Eton
Fellow of Kings College Camb:
1st Bp of Colombo, Ceylon,
Fellow of Eton
Died 1879

C1783

[Cambridge Prize Poems
1816 - 1829.]

In Historiâ scribendâ quænam præcipua inter Auctores Veteres et Novos sit Differentia?

ORATIO

CANCELLARII PRÆMIO DONATA

ET IN

THEATRO SHELDONIANO

HABITA

DIE JUN. XXVI. A. D. 1816.

Satis constat non inveniri inter hominum scripta rarius quidquam, quam Historiam legitimam, et omnibus numeris suis absolutam. *Bacon de Augmentis Scientiarum*, lib. ii. c. 5.

208901
9. 2. 27

CUR in Poesi et in Rhetoricâ recentiores vestigia veterum ausi sint deserere, et tanquam novam artem et delectandi et suadendi invenerint, causæ non penitus latent; miramur autem eandem, quæ inter Poetas et Oratores, inter Historicos etiam utriusque ætatis extare discrepantiam. Cum enim Historici officium hoc præcipuè esse videatur, ut res scilicet anteactas simpliciter et perspicuè narret, hoc solum inter se scriptores distare posse crederemus, utrùm bene an male scripserint. Quamquam autem juvet in singulis recentiorem aliquem cum antiquis conferre; dignitate scilicet animi et virili ingenio nostrum illum, [a]qui civile bellum tractavit cum Thucydide; amplitudine materiæ et rerum magnitudine [b]illum, qui Romam declinatam ruentemque cum Livio, qui nascentem et ad summa sese attollentem expressit; [c]Thuscum illum, quem tyrannicæ artis præceptorem plerique arguunt, gravitate et sententiis cum Tacito; tamen nescio quid suum et proprium veteres atque recentiores servant, et tamquam notam habent inustam, per quam inter se facile distinguantur; et ætatem non solum linguâ quâ utuntur, sed formâ etiam et modo res tractandi indicant.

[a] Clarendon. [b] Gibbon. [c] Machiavelli.

Unde vero suum hoc, quicquid sit, profluat, eò magis exquirendum et fusiùs tractandum arbitramur, quò quid sit perfectum illud et absolutum Historiæ exemplar perquiramus, cui nihil abundet, nihil desit. Et hæc quidem nec levis momenti est, nec quæ suâ dignitate caret, quam proponimus, quæstio. Non falso enim Historiam, vitæ ducem, Philosophiam ab exemplis docentem, appellatam accepimus, quæ quicquid generi humano aut decori sit aut ornamento posteris commendet, quo melius virtutum æmuli prodant, aut a pravo abhorreant: quæ rerum vices et mutationes oculis subjiciat; nobis quasi vitam anteactam largiatur, nos præteritis sæculis immisceat. Hæc est, quæ quasi fabulosam illam Lethen a rebus humanis derivat, ne in oblivioso illo flumine mersum eant et perditum. Hæc quodammodo omnium domina est et regina temporum, quæ et præterita revocat et reducit; quæ præsentia exemplis illustrat; et quâ arte futura conjecturâ assequamur, plenè et peritè edocet.

Neque vero opus non difficile aggredimur, quòd non solum veteres a recentioribus, verum inter se et veteres et recentiores ita discrepant, ut e gentibus inter se pugnantibus et suo bello vexatis videamur copias educere; et Marti committere, qui utrimque apud sua castra prælientur et confligant.

Vetus igitur Historia a rhetoris officinâ tota migravit[d]: quod nec leviter quisquam nec temere dictum arbitretur; non enim in orationibus tantum moramur ita frequenter intertextis, quantum in summâ operæ et formâ quodammodo ad normam rhetorum expressâ; omnibus ad aurium delectationem compositis, ad recitandum aptioribus quam ad legendum. Musas quidem illas Herodoteas, more orationum, ad ludos recitatas accepimus: et quamvis antiquior illa Historiæ pervulgandæ ratio citiùs præteriit, verum cum illum quasi fontem principiumque in hoc genere omnes agnoscerent, hæsit illud et inveteravit quicquid erat declamatorii. Hinc in narrationibus, minimè res aut locos accuratâ et elaboratâ exprimunt picturâ, sed pauca et ea præcipua leviter perstringendo, et quasi materiam pingendi animo lectoris suppeditando, efficiunt, ut mentis acies omnia, quasi oculis subjecta comprehendat, et ad vivum explicata habeat. Neque vero suas de rebus opiniones proferunt, neque de bono aut pravo disputant, sed auditoribus in judicium vocatis, sua ipsorum judicia rarò et brevissimis indicant sententiis. In hoc vero fusior, quam Græci, Livius; frequentior, quasi vetere jam more pæne obsoleto, Tacitus.

[d] Age vero, inquit Antonius, qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse, Historiam scribere? Si ut Græci scripserunt, summi, inquit Catulus; si ut nostri, nihil opus est oratore: satis est non esse mendacem.

Cic. de Orat. lib. 2.

Sub propriâ rhetoris personâ rarò sese obtrudunt post Herodotum Scriptores; sed licet ipse rhetor delituit, erat tamen in quo ars rhetorica posset deprehendi. Herodotus sanè sæpe in scenam prodit, et unde hæc acceperit, dictitat, et "jam de rebus Lacedæmoniis narrabo," et multa istiusmodi. Thucydides vero, Xenophon et Romani seipsos sedulò et studiosè celant, ne perspicuum rerum ordinem et continuum flumen interrumpant, ne a narratione ad narratorem deflectatur et aberret auditor. Thucydides quidem de optimatum cum plebe totâ Græciâ intestinis dissentionibus, fusè disserit, Livius in digressione de Alexandro: verum hæc rara sunt, et ab usitato scribendi more abhorrentia. Non autem illud oratoricum prorsus abolevere, sed perfectius artificium adhibentes, a semetipsis ad eos, quorum gesta narrabant, transtulere. In morem Dramatis scilicet concionatores a mediis rebus producentes, non modo vividum aliquid et verum toti Historiæ perfundebant, sed quæ pars sibi ipsis apprimè placuit, feliciter et summâ arte ostendebant.

A Rhetoricâ etiam illud, quod aiunt, Unum, in Poesi veterum toties decantatum, in Historiâ etiam obtinuit, et nescio an non ex principio et medio et fine, juxta severissimam Tragicorum normam, constent Historiæ omnes, in quibus saltem quod sibi propositum Scriptor habuit, ad

umbilicum duxerit. Inter Græcos hoc perfecere Herodotus, et in Anabasi et Cyropædiâ Xenophon. Ejusdem Hellenica, et Thucydidis opus planè abrupta sunt, et nequaquam ad exitum perducta. Polybium hoc in animo habuisse, quamvis mutilum et truncum opus accepimus, [e]ipso uti licet auctore. In Tito Livio, si injuria temporis non intercesserat, præclarissimum habuissemus exemplar.

Ab hoc igitur Uno ita assiduè servato oritur simplicitas, et series rerum nunquam perturbata aut confusa. Scopo quodam, in quem continuo mentem defigat lector, proposito, omnia circum hoc volvi videntur, quicquid altius aut latius petitum sit, in eo desinat, hæc meta sit in quâ semitæ omnes, in quibus animus aberraverit, confluant tandem et convergant.

Ad hoc vero efficiendum conduxit inter Græcos et Romanos, quod angustiore spatio, hinc et illinc barbaris circumsesso res gerebantur; neque erant multæ civitates, quarum acta memoriâ digna haberentur, et eæ prorsus vicinæ, et intra arctos fines comprehensæ. Cum enim omnia inter Græcos a Persis, Atheniensibus aut Lace-

[e] Ὄντος γὰρ ἑνὸς ἔργου, καὶ θεάματος ἑνὸς τῷ σύμπαντος, ὑπὲρ οὗ γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν τοῦ πῶς καὶ πότε, καὶ διὰ τί πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν ἐγένετο.
Polyb. l. iii. c. 1.

dæmoniis penderent, et eorum fatis inservirent; omnia inter Romanos ipsam Romam spectarent, habuit semper Historicus fixum aliquid, ad quod auditorem rerum copiâ fatigatum revocaret, ubi eum requiescere pateretur, et lassatos animi vires recreare. Nos vero inter tot regnorum vices versati, inter tot rerum varietates undequaque animum arripientes, et necessitudine quâdam connexas et mutuo alias ab aliis pendentes, distrahimur omnino et opprimimur.

Quæ inter Byzantinos ampullata est, et magno verborum ornatu intumuit Historia, renata est, rudis quidem formâ, stylo incompta et inconcinna, veris ficta prorsus et a vero absona adjungens. Tota erat in descriptionibus, singulatim omnia expressit, non solum prœlia ipsa, sed prœliantium arma, phaleras, equos, vexilla fusè et accuratè exposuit; non solum congressus et fœdera, verum etiam congredientium spectacula et comessationes.

Barbaram quidem hanc Historiæ formam fuisse, regularum omnino expertem, nullo astrictam ordine, nemo inficias ibit; sed erat in eâ nescio quid vividum et vitæ consentaneum, quod lectorem quasi mediis rebus intromitteret, tanquam conscium et participem. Singulari et eximiâ voluptate animum afficit, et secum trahit, rudis ille nostrarum in Galliâ dimicationum

Scriptor, [f] qui quicquid vidit, quicquid audivit, literis statim mandavit, non sine magno in vero eruendo labore et diligentiâ, ita fuco caret et artificio. Ipsum in eo, quod in aliis fatigat animum, delectat prolixum, et continua rerum omnium usque ad minimas, enarratio. Pingit enim omnia et ante oculos collocat, ita ut nobis præsentibus et prœlia committi, et obsideri urbes, et omnia belli et pacis opera agi videantur.

Nulla autem gens suo in hoc genere caret annalium confectore, qui eâdem summâ incuriâ, [g] et vix minore ingenii vi et vigore, res gestas celebravit. In plerisque autem hujus ætatis omnia incomposita sunt et indigesta, se quasi suo pondere et copiâ obruunt, a mundi initio omnia deducunt, fabulosas gentium origines exquirunt, magnam quidem Historiæ materiam præbentes, non autem quod appellemus Historiam.

Serius quidem inter nostros Historia cœpit philosophari; sicut enim veteres omnes Historicos rhetoras, ita plerosque recentiorum arguimus philosophos fuisse. Omnes enim in politicâ versati scientiâ, præcipuam laudem posuere in causis rerum feliciter et summâ cum sagacitate evolvendis. Hinc in rerum fontibus investigandis

[f] Froissart. [g] Holingshed, Villani, Joinville, Bernal Diaz, Fernam Lopez.

sedulo se exercentes, res ipsas neglexere. Non enim câ ratione causas narrant, ut clarius et facilius eventus intelligantur, verum eventus, ne in causis explicandis, ipsi videantur erravisse; eventibus tanquam causarum, quas exposuerint, testimoniis usi et adminiculis, non causis ad eventus illustrandos. Hinc sese sub propriâ Historici personâ continuo proferunt, hinc disputant frequentius, quam narrant; hinc in convincendo potius, quam in fidem lectoris simpliciter sibi conciliando, operam absumunt. Neque iis satisfactum esse arbitrantur, si lector res accidisse credat, nisi cur et unde acciderint, doceatur. Multum etiam judicis officio funguntur, de bono aut pravo decernunt; reos improbant aut absolvunt: quasi scilicet cum Historiam acceperint ita definitam, Philosophiam ab exemplis docentem, exemplis etiam præcepta adjungenda censuerint.

Hinc fortasse etiam illa suæ ipsorum auctoritate diffidentia; hinc in ipso corpore Historiæ pugnantes inter se Scriptorum, a quibus materiam hauserint, sententias, Marti committunt, et se quasi pugnæ arbitros seorsum tenent, donec alicujus opinio videatur pervicisse: non modo verum ipsum undequaque collectum et excogitatum ponentes, sed unde hoc verum excussum sit, quantis impeditum fuerit difficultatibus, suos denique in expediendo labores tanquam vendi-

tantes. Unde frangi videtur opus, et in multas partes discerpi, et lector perpetuò a lucido rerum ordine abstrahitur, quod argutis his disputationibus filum illud quod res ligat continetque, quasi nodis, impediatur.

Rhetori fortasse cum Philosopho commune est huic vel illi parti se adjungere patronos, et favori magis consulere, quam severæ æquitati. Verùm cùm historicus ille rhetor res colore quodam a suis studiis desumpto facile imbuat, hanc partem augeat, illam minuat; Philosophus causis ad voluntatem effictis, res ad suas opiniones aptet et concinnet; constat sane Philosophi propensionem in succum et sanguinem Historiæ altius ituram, et a vero magis artificiosè deflexuram. A rhetore facile detrahimus quicquid fidei, oratoricis decepti coloribus, concesserimus; in philosopho ita arcta inter res et causas necessitudo intercessit, ut omnino rejicere aut omnino fidem dare cogamur. A causis enim res necessario profluxisse videntur, causæ ipsæ aut obscuræ aut a latibulis eductæ sunt, ita ut difficillimum sit, id, in quo falsum esse possit, deprehendere; sin deprehenderimus, rerum color et artificiosa narratio impedimento fit, quominus scriptorem insidiarum arguamus.

Positis his in quibus recentiores ab antiquis et formâ et modo tractandi Historiam præ-

cipuè dissentiunt, utrisque cum perfecto, si ita fari licet, exemplare collatis, reperiemus tandem, quantum laudis et excellentiæ optimi in utrâque ætate attigerint. Sit ergo summus ille Historicus, qui e sereno quodam fastigio res humanas videatur contemplari, nullo amore nisi boni, nullâ inimicitiâ nisi in pravum. Neque ita ut affectu prorsus careat; quicunque enim patriæ res tractet, esse debet, qui licet exteris non iniquus, patriæ tamen honori et dignitate consulat. Sit vero propensio illa aperta, et nihil secreti aut artificiosi habens; ipse enim Titus Livius nescio in quam suspicionem incidit nimii erga Carthaginiensis odii, qui ita deprimat, et quasi sub pedibus conculcet omnem Pœnorum gloriam, ut adversarii partes non Historici videatur agere. Narret vero Scriptor patriæ læta et prospera non sine elato quodam gaudio et delectatione; ignominias non sileat aut calamitates, verum tristi et demissiore voce utatur. Nec tamen ut quod in Tacito magni animi est, a flagitiis, quæ enunciet, abhorrentis, et quem pudet sæculis incidisse ita corruptis, deflectatur in Satiricum, quod non injuriâ Machiavellio vitio vertendum est.

Sit idem accuratus et severus veri indagator, sed novi nequaquam nimium studiosus. Quod in vitium multi [h] inter nostros incidêre, qui sci-

[h] Voltaire, &c.

licet annales et monumenta hâc tantum de causâ evolvere videntur, ut omnia quæ prius pervulgata erant, falsa fuisse convincant, et suum aliquod παράδοξον fidei commendent. Qui hoc tantum laborant, ne quid stabile sit; qui auditorem sibi creditum putant, quanto magis fiat incredulus. Et hoc etiam philosophorum fortasse proprium est, quod quantum in ædificando, tantum in diruendo opus absumunt; neque suæ sagacitatis et ingenii credunt argumentis vulgaria fulcire, sed aliquod remotum et absconditum in lucem proferre. Verum æquè Historico cavendum est, nimium fidere et nimium diffidere. Si enim alicujus rei per multa sæcula increbuerit opinio, cujus fides jam abroganda est, ipsa Historia quodammodo infida et parum tuta rerum custos videtur. Quâ lege ii, qui omnia suspicantur, ipsi in suspicionem incidunt, eâdem Scriptorum, qui omnia in dubium vocant, opiniones non sine magnâ nostrâ dubitatione accipimus.

In his præcipuè, in frigidis nempe his dubitationibus et occulto illo et subtili erga partes suas favore, peccat Historiæ Anglicanæ [i] Scriptor. Quem sanè e veteris Academiæ disciplinâ progressum crederemus, ita acutè omnium opiniones refellit, ita summâ cum arte deducit ani-

[i] Hume.

mum a fide vel de certissimis et sanctissimis. Adeo etiam, utri parti faveat, nequaquam prodit, nunquam visus apertius agere quàm cum occultè agit, nunquam veri studiosior quàm cum fallit.

Ad perfectum redeamus Historicum; cujus stylum oportet esse materiæ accommodatum, verum lucidum semper et fluentem cum majestate. Non enim incorrupta fides, non summa æquitas, non veri subtilissima investigatio per se valebunt, nisi quæ eruta fuerint magno cum labore, tradita sint cum lectoris delectatione. Quem enim non movit dulcisona illa Herodoti garrulitas, severa et pressa Thucydidis, licet aliquando duriùs sonet, vox, Attica illa Xenophontis puritas, et exquisitus verborum ordo, Titi Livii plena ubertas, Taciti sententiosa et curta gravitas? Quæ sanè laus rhetorico illi scribendi generi non minimè deberi videtur. Neque vero hoc omnino fefellit recentiores, multi inter nostros, multi inter Italos, et Thuscus ille, quem supra nominavimus, præcipuè, ob styli dignitatem et dulcedinem summo in honore sunt. Erravit sanè grande nimis et elaboratum affectans, et omnia ore rotundo locutus, [k] qui Romam declinatam celebravit: nihil illi humile, nihil demissum, omnia turgent, et apparatu ver-

[k] Gibbon.

borum laborant. Erravit quem recentioris Historiæ principem, nisi in hoc erravisset, ponere-mus, Clarendonus: quem sanè parti faventem reclamare non licet, ita favorem non dissimulat, ita tanquam altâ voce lectorem cavere jubet, ne decipiatur. Est idem in stylo gravis, magnâ cum dignitate, sed ita prolixus et longis involutus periodis, ut tum spiritus ad enunciandum cum animus ad sensum comprehendendum pœne deficiat.

Quod si aliquis postea palmæ inter Historicos studiosus extet, sumat oportet ab utroque genere quod laudi, fugiat quod vitio sit. Sit Rhetor idem et Philosophus, sed se et rhetora et Philosophum esse dissimulet. Causas rerum quam subtilissimè evolvat, Rhetoricum autem illum rerum ordinem sedulo servet. In vero investigando philosophetur, sed in eodem enunciando sit Orator. Dubitet sicut in Academiâ versaretur, dubitationem sicut in foro causam ageret, nequaquam prodat.

Magnum sanè et magnæ indolis opus, sed neque corona sine sudore, nec socordis est aut summa detrectantis monumentum per omnia sæcula duraturum extruere. Quæ in ære incisa sunt, exedit vetustas; quæ in marmore insculpta cum marmore,

Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris,

intereunt; quæ literis mandata sunt, vivunt incorrupta et æterna. Neque vanum aut irritum, id quod gloriatus est Thucydides, κτῆμα ἐς ἀεί; qui enim Historiam omni parte absolutam edat, et se et eos, quorum res gestas memorat, quantum fas mortali, donat immortalitate.

HENRICUS HART MILMAN,
Coll. Æn. Nas. Socius.

CARMEN GRÆCUM

NUMISMATE ANNUO DIGNATUM,

ET

In Curia Cantabrigiensi

RECITATUM

COMITIIS MAXIMIS

A. D. M.DCCC.XIX.

AUCTORE

HORATIO WADDINGTON,

TRIN. COLL. ET UNIV. SCHOL.

CARMEN GRÆCUM

IN COMITIIS MAXIMIS RECITATUM.

A.D. 1819.

REGINÆ EPICEDIUM.

Ὡς, ἐπεὶ πόντος λιγέων ἀητᾶν
ἀσπέτοις κόλποισιν ἐδέξαθ' ὁρμὰν,
κύματ' ἐκ βύθων δνοφερῶν ἀερθέντ'
οὔποτε λήγει

ἄλλοτ' ἄλλ' ὀρινόμενα πνοαῖσι·
τὼς ἐπ' Ἀγγλίᾳ πολύκλαυτον οἶδμα
πημάτων κορύσσεται· ἐκ δ' ἔγειρον
ἄλλο τρίχαλον

νῦν περὶ πρωρὰν πατρίδος καχλάζει·
ἠνίδ', ὡς ὅλβος βασιλέων παχυνθεὶς
ἐκβολὰν πρόπρυμνα φέρει, μέσαις τ' ἐ-
-πόντισε δίναις.

ἦ δι' αἰῶνος θαλεροῖς ἰϋγμοῖς
βόσκεται κέαρ· τόδε δ' εἰ θανόντων
δυστυχὲς γέρας, φιλίας φρενὸς στέ-
-ναγμ' ἐπὶ τύμβῳ,

κεῖνος οὐ ζαλωτὸς, ὃς οὐκ ἐν Αΐδα
κειμέναν τιμᾷ δακρύοις ἄνασσαν,
οὐδὲ πενθεῖ σβεννύμενον δικαίας
ἄλιον ἀρχᾶς,

καὶ τὸ κεδνὸν σωφροσύνας ἄωτον
ἀγρίαις πνοαῖσι δαμέν.—στένω σὲ
κἀμὲ τᾶς τύχας—ἀρετᾶς βέβαιον
ἔρκος ὄλωλεν!

ἀμμὶ δ' ἀξία τις ἄρ' ἦσθ' ὀδυρμῶν·
σοὶ διὰ φρενῶν ἄλοκας βαθείας
δῶκε καρποῦσθαι σύνεσις, γλυκύς τε
ματέρος ἔγνως

ὡς καλὸς χρηστοῖσι πόνος τέτυκται·
εὐγενὲς φάος τι τέκνων ἀνέσχες
δώμασιν, τροφαῖς τ' ἀρετᾶς τελείαις
ἐξεπόναξας·

οἵ σε νῦν πικροῖς δακρύοις, τροφεῖα
στυγνὰ πληροῦντες, φθιμέναν ποθοῦσιν.
τίς δέ σοι κείνων χάριν ἀντιτίσει,
οἳ' ἐτέλεσσας

δειλὸν ἀμφέπουσα πόσιν, γεραιὸν,
ὡς νοσεῖ, νοσοῦντα; δύᾳ σύνοικος,
ὡς ὅμως ζαλωτὸς ἄρ' ἦσθ', ἄναξ, ὁ-
-μοφρόνος εὐνᾶς!

καὶ φέρεις τι πλεῖον ἴσως, βαρείας
συμφορᾶς ἄγευστος, ἔχεις δὲ δῶρον
ἄθλιον θεῶν, στυγεροῦ φίλων πέν-
-θους ἀπέχεσθαι.

εἶεν· ὡς σοὶ τέρψις, ἄναξ, ἔτ' ἔσται—
ἀλλ' ἐκεῖ· τὸ δ', ὦ βασιλὶς, μάκαιρα
κάρτα νῦν κεκλήσεαι· ἦ καλός σ' ἐν
γήραϊ πότμος

ἥρπασεν, λευκάς τε φίλᾳ κονίᾳ
κάββαλεν χαίτας· βιότου τε πόρσω
ἦκα σᾶς ἀρχᾶς θάνατος γεραιὰν
ἔσβεσεν αἴγλαν.

ὡς νέφους τὸ δαιδάλεον πέτασμα
μείλιχον ῥέθος κατέκρυψε μάνας,
πρῶνά τ' οὔρειον κρυερὰ πέριξ με-
-λαίνεται ὄρφνα.

ἦ τάφων σ' ἔχουσι λαχαὶ παλαιῶν
τιμίαν, μετ' ὠγυγίων τυράννων·
ἐνθ' Ἀμηλίαν θανάτου κακὴ παρ-
-αμπέχει ἀχλὺς

σχετλίαν, τὰν ὠμοδρόπων* πάροιθεν
μοῖρ' αἴστωσεν νομίμων.—σὲ δ', ἀγνὰ
ὀλβίαν νάσων θύγατερ, πετραίας
παστάδος ἔνδον

νήδυμος λάθα κατέχει, Βρετάννων
ἐλπίδα φρουδάν· πατρὶς ὦ παθοῦσα,
ὡς τρισὶν πλαγαῖς μαλερός σε Μοίρας
σκαπτὸς ἐλαύνει!

---

* Cf. Æschyl. Theb. 324.

ἀλλὰ γὰρ γόων ἀκόρεστον ὁρμὰν
οὐκ ἐᾷ τἀνθρώπιν'· ἐπεὶ χρόνος μὲν
εὐμαρὴς θεὸς, ταχέων δ' ἀητᾶν
αἰθέρος ἀγναῖς

ἄλλοτ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ἐν πτυχαῖσιν·
καὶ τὰ τᾶς ἄτας κραδίαις ὕπουλα
τραύματ' ἰᾶσθαι φιλέει δύᾳ με-
-τάδρομος ἐλπίς.

οὔλιον μέμηνε βία θυέλλας
πυρπνόοις ζαλαῖσι βρύουσ'· ἐσαῦτις
ἀλίου φῶς ἀργινόεν, γελᾷ τ' αν-
-άνεμος αἰθήρ.

CARMEN LATINUM

NUMISMATE ANNUO DIGNATUM,

ET

IN CURIA CANTABRIGIENSI

RECITATUM,

A. D. MDCCCXIX.

AUCTORE

THOMA HENRICO HALL,

COLL. REGAL. ALUMNO.

CARMEN LATINUM

IN COMITIIS MAXIMIS

RECITATUM,

A. D. 1819.

THEBÆ ÆGYPTIACÆ.

O FABULOSUM litus, et aurei
Solum Canopi, si neque fertili
  Dediscit, ut quondam, tumentes
    Diluvie tibi Nilus undas

Immittere arvis, imbre carentibus;
Nec otioso terra libens adhuc
  Non elaboratos honores
    Promere frugiferi recusat

Anni colono; cur Sapientiam
Sedis vetustæ nunc gemis exulem,
  Sævosque deploras triumphos
    Omne sacrum rapientis ævi?

Non sic, beatas cælicolum domos
Olim relinquens, fulsit in arcibus
Doctrina Thebarum, rudesque
Prima animos hominum recentum

Formavit, ut qua lege necessitas
Terrasque et altum temperet æthera,
Queis sidera et volventis anni
Ordinibus moveantur horæ,

Scirent: sed eheu! nunc resides gravi
Mentes catena stringit inertia, et
Ignota proculcant avorum
Degeneres monumenta nati.

Busiridos jam regna peritior,
Advectus oris hospes ab Italis
Longeve semotis Britannum,
Sollicitat, veterisque lustrans

Vestigia ævi, per tenebras gradu
Audaciori pergit, ubi ordines
Regum timendorum perenni
Mole premit sopor altus orci,

Fastidiosis mortis honoribus
Frustra nitentes: cur operam juvat
Insumere incertisque curas
Funeribus? sua nempe et ipsis

Dantur sepulcris fata; hominum breves
Evertit ausus arbitrio Deus,
Nullique non nostrum labori
Excidium parat æquus unum.

Jam nec recenti luce crepusculum
Tarde resolvens, audit in æthera
Aurora proferri canorum
Eloquium, citharaque dignam

Spirante bruti marmoris elici
Ex ore vocem, qua prius Æthiops
Mire salutabat parentis
Luciferos redeuntis ortus.

Deserta nec jam culmina pensili
Horti* corona, dulcibus integrum
Auris rependentes odorem,
Circumeunt: sed inhospitales

Inter recessus et cava montium,
Partitur audax in socios latro
Raptam viatorive prædam
Aut trepido pecudum magistro;

Sævæque lustris invigilant feræ, et
Prolis futuræ spem gremio soli
Committit aprici tyrannus
Flumineæ crocodilus oræ.

* Vide Plin. lib. xxxvi. c. 14. et *Bruce's Travels*, lib. i. c. 6.

Sed hic, periclorum immemor, advena
Amat morari, jam riguas simul
  Lotosque vespertinus inter
    Serpit arundineamque ventus

Leni susurro ripam, et amabili
Obliquiores tegmine mitigant
  Palmeta* soles, et caduco
    Rore micat rediviva tellus.

Tum sæculorum relliquias pio
Mœrore lustrans, immoritur locis,
  Fallique quærentes ocellos
    Ipse animi comitatur error,

Formas priores signaque temporum
Fingens vetustorum: urbs iterum emicans
  Roburque sopitumque regnum
    Suscitat, ante oculos coruscæ

Nascuntur arces, atque adamantinæ
Lucent columnæ: fragmina jam rudi
  De mole templorum resurgunt
    In proprium reditura fastum.

* Hæ Thebæ palmis inclytæ fuerunt;

"Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ."

Prop. iv. 5.

At ille in omni rupe Deum domos
Videre, in omni lætus imagine
Audire vocalem videtur
Memnona; jamque avidas recludi

Fauces sepulcrorum, et penetralia
Oblivioso mersa silentio
Cernit resignari, et solutum
Jam tenebris Acherontis, agmen

Heroum in auras luminis egredi,
Centumque circa claustra sonantium
Sævire portarum, et duelli
Terribilem glomerare pompam.

O! quis verendorum admonitus sacros
Temnit locorum? quis, vetus urbium,
Te, mater, immotus jacentem
Præteriit fugiente planta?

Frustra, in furores numine concitus
Ultore, muris Persicus hosticum
Injecit accensisque tectis
Exitium, vacuasque victor*

Perrupit aulas barbarico pede;
Frustra triumphans immiserabili
Delubra prostravit Deumque
Miles atrox simulacra dextra.

* sc. Cambyses.

Mortale si jam Mnemosyne regit
Divina pectus, si quid adhuc sacri
Lusere victurum poetæ,
Per memores celebranda fastos

Florebis olim, multaque pars tui
Spernet fugacem temporis impetum;
Fastusque contemplatus umbram
Sæpe tui, Sophiæ viator

Dulces amores discet: et artium
Tu prima nutrix, tu Sapientiæ
Non erubescenda caneris
Magna parens iterum Camæna.

EPIGRAMMATA

NUMISMATE ANNUO DIGNATA,

ET

IN CURIA CANTABRIGIENSI

RECITATA,

A. D. MDCCCXIX.

AUCTORE

RICARDO OKES,

COLL. REGAL. ALUMN.

DISCRIMEN OBSCURUM.

In quendam Velocipedantem.

—o—

Ὦ νεαρὲ, κείνοις ὅστις ἐμβεβὼς δίφροις,
τοῖς ἀρτικόλλοις, διαπονεῖς ὁδοὺς κάτα,
φράσον, τί βούλει; πότερον ἱππεύειν δοκεῖς;
ἢ πῶς βαδίζεις; ἢ τίν' ὀνομάζεις φορὰν
κείνην; ὀχεῖ σν;—σοὶ μὲν, εἰ δοκεῖ, φίλε,
βαίνειν, ὀχεῖσθαι, καί τιν' ἱππεύειν τρόπον
ἔξεστιν, ἀλλὰ σοῖς ἐπ' αὐτουργοῖς ποσίν.

DISCRIMEN OBSCURUM.

Bellus homo sibi vult dum vir Rufillus haberi,
Forma levis totam prædicat esse Chloën.
Quorsum hæc? in quam partem abeat? licet inde vocemus
Semivirumque Chloën, semi-Chloënque virum.

SENARII GRÆCI,

PRÆMIO PORSONIANO,

QUOTANNIS PROPOSITO,

DIGNATI,

ET

IN CURIA CANTABRIGIENSI

RECITATI,

A. D. M DCCC XIX.

AUCTORE

HORATIO WADDINGTON,

TRIN. COLL. ET UNIV. SCHOL.

SHAKSPEARE.

CORIOLANUS. *Act 5. Sc. 3.*

—— Thou know'st, great Son,
The end of war's uncertain; but this certain,
That, if thou conquer Rome, the benefit
Which thou shalt thereby reap, is such a name,
Whose repetition will be dogg'd with curses;
Whose chronicle thus writ,—"The man was noble,
But with his last attempt he wip'd it out;
Destroy'd his country, and his name remains
To the ensuing age, abhorr'd." Speak to me, Son:
Thou hast affected the fine strains of honour,
To imitate the graces of the gods;
To tear with thunder the wide cheeks o'the air,
And yet to charge thy sulphur with a bolt
That should but rive an oak. Why dost not speak?
Think'st thou it honourable for a noble man
Still to remember wrongs?—Daughter, speak you:

IDEM GRÆCE REDDITUM.

Ὦ κλεινὸν ἀμὸν σπέρμα, γιγνώσκεις ὅτι
Ἄρεος ἄδηλον νεῖκος, οἳ προβήσεται·
ἓν δ' οὐκ ἄδηλον, οἷον ἐκ νίκης θέρος
μέλλεις ἀμήσειν, πατρίδος ἐκπορθουμένης.
ὧν ἄντι, τὴν σὴν κληδόν' ἔχθισται κύνες
Ἀραὶ μέτεισι· καί σε τις γράφων, λόγους
τοιούσδε ῥίψει—Τὴν φύσιν μὲν εὐγενῆ
παρεῖχεν ἀνὴρ, τοῦτο δ' ἐξηλείψατο
ἔργων τελευτῇ, πατρίδ' ἀϊστώσας δορί·
αἰσχρὸν δὲ μίμνει καὶ μεθύστερον κλέος.—
πρόσειπέ μ', ὦ παῖ· μή μ' ἀτιμάσῃς, τέκνον.
καίτοι σὺ σεμνῆς τοὺς ὑπερκόπους τρόπους
ἀρετῆς ἐπασκῶν, τὴν θεῶν ἁβρὰν χλιδὴν,
κεδνήν τ' ἐμίμου, θνητὸς ὢν, αὐθαδίαν,
ὡς ἀγρίαις εὑρεῖαν αἰθέρος γνάθον
βρονταῖς σπαράξων, ἀλλὸ δ' οὐδὲν πλὴν δρυὸς
ῥήξων κεραυνῷ μετρίως ὡπλισμένῳ.
τέκνον, τί σιγᾷς; ἆρα γενναίῳ τρέφειν
ὀργὴν προσήκει τῶν κακῶς εἰργασμένων;
σὺ δ'—οὐ γὰρ αὐτῷ δακρύων οὐδὲν μέλει—
νῦν, ὦ τάλαινα θύγατερ, ἀντ' ἐμοῦ φράσον·

He cares not for your weeping.—Speak thou, boy;
Perhaps, thy childishness will move him more
Than can our reasons.—There is no man in the world
More bound to his mother; yet here he lets me prate,
Like one i' the stocks. Thou hast never in thy life
Shew'd thy dear mother any courtesy;
When she, (poor hen!) fond of no second brood,
Has cluck'd thee to the wars, and safely home,
Loaden with honour. Say, my request's unjust,
And spurn me back: But, if it be not so,
Thou art not honest; and the gods will plague thee,
That thou restrain'st from me the duty, which
To a mother's part belongs.—He turns away:
Down, Ladies; let us shame him with our knees.

ξύνειπε καὶ σὺ, πατρὸς ἱκέτευσον, βρέφος·
ἀσύνετα συνετῶν μᾶλλον ἂν πίθοι σφ' ἴσως.
καὶ μὴν, φέρ' εἰπὲ, μητρὶ τίς μείζω χάριν
βροτῶν ὀφείλει; κᾆτα πῶς λαλεῖν μ' ἐᾷς
μάτην τάδ', ὡς τιν' ἐν ξυλῷ καθήμενον;
ποῦ τῇ τεκούσῃ μοῖραν, ἣν ἔδει, νέμων
χάριτος ἔδειξας; ἦδ' ὑπόπτερον φίλη
ὀρνὶς νεοσσὸν, δευτέρου γόνου πόθον
ἀφεῖσα, κλάγγῃ πολλάκις μὲν εἰς μάχας
προὔπεμψε, πολλάκις δέ σ' εἰς δόμους πάλιν
νίκης ἔχοντ' ἐσῆγε πάντιμον γέρας.
πρὸς ταῦτά μ', εἰ σύγ' ἄδικα λίσσεσθαί μ' ἐρεῖς,
λάκτιζε, φείδου μηδέν· εἰ δέ γ' ἔνδικα,
εἴρξεις δὲ τιμῆς τῆς προσηκούσης ἐμὲ,
τῶν μητρὸς, οἶμαι, καταφρονῶν, κακός τ' ἔσει,
τίσιν δὲ μεγάλην οὔτι μὴ φύγῃς θεῶν.
ἀ'νὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, ἐμπάλιν στρέφειν·
φίλαι γύναικες, προσπίτνειν ἤδη δοκεῖ.
ἱκετῶν γ' ὁμαίμων κάρτ' ἂν αἰδοῖτ' ἂν γονύ.

---

v. 26. Atticis erat τὸ ξύλον pœnæ genus. Aristoph. Eq. οἷόν σε δήσω τῷ ξυλῷ.

v. 28. Eurip. Iph. Aul. δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς;

v. 30. Æschyl. Eumen. κλαγγαίνεις θ' ὅπως
ὀρνὶς νεόσσων οὔποτ' ἐκλιπὼν φύβον.

v. 38. Soph. Trachin.
ἀνὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, οὐ νέμειν ἐμοί
φθίνοντι μοῖραν.
et Æschyl. Persæ.

POMPEII.

A Poem

WHICH

OBTAINED THE CHANCELLOR'S MEDAL

AT THE

Cambridge Commencement

JULY, 1819.

BY

THOMAS BABINGTON MACAULAY,

OF TRINITY COLLEGE.

POMPEII.

Oh! land, to Mem'ry and to Freedom dear,
Land of the melting lyre and conqu'ring spear,
Land of the vine-clad hill, the fragrant grove,
Of arts and arms, of Genius and of Love,
Hear, fairest Italy. Tho' now no more
Thy glitt'ring eagles awe th' Atlantic shore,
Nor at thy feet the gorgeous Orient flings
The blood-bought treasures of her tawny Kings,
Tho' vanish'd all that form'd thine old renown,
The laurel garland, and the jewell'd crown,
Th' avenging poniard, the victorious sword,
Which rear'd thine empire, or thy rights restor'd,
Yet still the constant Muses haunt thy shore,
And love to linger where they dwelt of yore.
If e'er of old they deign'd, with fav'ring smile,
To tread the sea-girt shores of Albion's isle,
To smooth with classic arts our rugged tongue,
And warm with classic glow the British song,

Oh! bid them snatch their silent harps which wave
On the lone oak that shades thy Maro's grave,
And sweep with magic hand the slumb'ring strings,
To fire the poet.—For thy clime he sings,
Thy scenes of gay delight and wild despair,
Thy vary'd forms of awful and of fair.

How rich that climate's sweets, how wild its storms,
What charms array it, and what rage deforms,
Well have thy mould'ring walls, Pompeii, known,
Deck'd in those charms, and by that rage o'erthrown.
Sad City, gaily dawn'd thy latest day,
And pour'd its radiance on a scene as gay.
The leaves scarce rustled in the sighing breeze;
In azure dimples curl'd the sparkling seas,
And, as the golden tide of light they quaff'd,
Campania's sunny meads and vineyards laugh'd,
While gleam'd each lichen'd oak and giant pine,
On the far sides of swarthy Apennine.

Then mirth and music thro' Pompeii rung;
Then verdant wreaths on all her portals hung;
Her sons with solemn rite and jocund lay
Hail'd the glad splendours of that festal day.
With fillets bound the hoary priests advance,
And rosy virgins braid the choral dance.
The rugged warrior here unbends awhile
His iron front, and deigns a transient smile:
There, frantic with delight, the ruddy boy
Scarce treads on earth, and bounds and laughs with joy.

From ev'ry crowded altar perfumes rise
In billowy clouds of fragrance to the skies.
The milk-white monarch of the herd they lead,
With gilded horns, at yonder shrine to bleed;
And while the victim crops the broider'd plain,
And frisks and gambols tow'rds the destin'd fane,
They little deem that like himself they stray
To death, unconscious, o'er a flow'ry way,
Heedless, like him, th' impending stroke await,
And sport and wanton on the brink of fate.

What vails it that where yonder heights aspire,
With ashes pil'd, and scath'd with rills of fire,
Gigantic phantoms dimly seem'd to glide,
In misty files, along the mountain's side,
To view with threat'ning scowl your fated lands,
And tow'rd your city point their shadowy hands?
In vain celestial omens prompted fear,
And nature's signals spoke the ruin near.
In vain thro' many a night ye view'd from far
The meteor flag of elemental war
Unroll its blazing folds from yonder height,
In fearful sign of earth's intestine fight.
In vain Vesuvius groan'd with wrath supprest,
And mutter'd thunder in his burning breast.
Long since the Eagle from that flaming peak
Hath soar'd with screams a safer nest to seek.
Aw'd by th' infernal beacon's fitful glare,
The howling fox hath left his wonted lair;

Nor dares the browzing goat in vent'rous leap
To spring, as erst, from dizzy steep to steep.—
Man only mocks the peril. Man alone
Defies the sulph'rous flame, the warning groan.
While instinct, humbler guardian, wakes and saves,
Proud reason sleeps, nor knows the doom it braves.
But see, the op'ning theatre invites
The fated myriads to its gay delights.
In, in, they swarm, tumultuous as the roar
Of foaming breakers on a rocky shore.
Th' enraptur'd throng in breathless transport views
The gorgeous temple of the Tragic Muse.
There, while her wand in shadowy pomp arrays
Ideal scenes, and forms of other days,
Fair as the hopes of youth, a radiant band,
The sister arts around her footstool stand,
To deck their Queen, and lend a milder grace
To the stern beauty of that awful face.
Far, far, around the ravish'd eye surveys
The sculptur'd forms of Gods and Heroes blaze.
Above, the echoing roofs the peal prolong
Of lofty converse, or melodious song,
While, as the tones of passion sink or swell,
Admiring thousands own the moral spell,
Melt with the melting strains of fancy'd woe,
With terror sicken, or with transport glow.
Oh! for a voice like that which peal'd of old
Thro' Salem's cedar courts and shrines of gold,

And in wild accents round the trembling dome
Proclaim'd the havoc of avenging Rome,
While ev'ry palmy arch and sculptur'd tow'r
Shook with the footsteps of the parting pow'r.
Such voice might check your tears, which idly stream
For the vain phantoms of the poet's dream,
Might bid those terrors rise, those sorrows flow,
For other perils, and for nearer woe.
The hour is come. Ev'n now the sulph'rous cloud
Involves the city in its fun'ral shroud,
And far along Campania's azure sky
Expands its dark and boundless canopy.
The Sun, tho' thron'd on heav'n's meridian height,
Burns red and rayless thro' that sickly night.
Each bosom felt at once the shudd'ring thrill.
At once the music stopp'd. The song was still.
None in that cloud's portentous shade might trace
The fearful changes of another's face:
But thro' that horrid stillness each could hear
His neighbour's throbbing heart beat high with fear.
A moment's pause succeeds. Then wildly rise
Grief's sobbing plaints and terror's frantic cries.
The gates recoil; and tow'rds the narrow pass
In wild confusion rolls the living mass,
Death,—when thy shadowy sceptre waves away
From his sad couch the pris'ner of decay,
Tho' friendship view the close with glist'ning eye,
And love's fond lips imbibe the parting sigh,

By torture rack'd, by kindness sooth'd in vain,
The soul still clings to being and to pain,
But when have wilder terrors cloth'd thy brow,
Or keener torments edg'd thy dart than now,
When with thy regal horrors vainly strove
The laws of nature, and the power of Love?
On mothers babes in vain for mercy call,
Beneath the feet of brothers, brothers fall.
Behold the dying wretch in vain upraise,
Tow'rds yonder well-known face the accusing gaze,
See trampl'd to the earth th' expiring maid
Clings round her lover's feet, and shrieks for aid.
Vain is th' imploring glance, the frenzy'd cry;
All, all is fear;—To succour is to die.—
Saw ye how wild, how red, how broad a light
Burst on the darkness of that mid-day night,
As fierce Vesuvius scatter'd o'er the vale
His drifted flames and sheets of burning hail,
Shook hell's wan light'nings from his blazing cone,
And gilded heav'n with meteors not its own?
The morn all blushing rose; but sought in vain
The snowy villas and the flow'ry plain,
The purple hills with marshall'd vineyards gay,
The domes that sparkled in the sunny ray.
Where art or nature late had deck'd the scene
With blazing marble or with spangled green,
There, streak'd by many a fiery torrent's bed,
A boundless waste of hoary ashes spread.

Along that dreary waste where lately rung
The festal lay which smiling virgins sung,
Where rapture echoed from the warbling lute,
And the gay dance resounded, all is mute.—
Mute!—Is it Fancy shapes that wailing sound
Which faintly murmurs from the blasted ground,
Or live there still, who, breathing in the tomb,
Curse the dark refuge which delays their doom,
In massive vaults, on which th' incumbent plain
And ruin'd city heap their weight in vain?
Oh! who may sing that hour of mortal strife,
When Nature calls on Death, yet clings to life?
Who paint the wretch that draws sepulchral breath,
A living pris'ner in the house of Death?
Pale as the corpse which loads the fun'ral pile,
With face convuls'd that writhes a ghastly smile,
Behold him speechless move with hurry'd pace,
Incessant, round his dungeon's cavern'd space,
Now shriek in terror, and now groan in pain,
Gnaw his white lips, and strike his burning brain,
Till Fear o'erstrain'd in stupor dies away,
And Madness wrests her victim from dismay.
His arms sink down; his wild and stony eye
Glares without sight on blackest vacancy.
He feels not, sees not; wrapp'd in senseless trance
His soul is still and listless as his glance.
One cheerless blank, one rayless mist is there,
Thoughts, senses, passions, live not with despair.

Haste, Famine, haste, to urge the destin'd close,
And lull the horrid scene to stern repose.
Yet ere, dire Fiend, thy ling'ring tortures cease,
And all be hush'd in still sepulchral peace,
Those caves shall wilder, darker deeds behold
Than e'er the voice of song or fable told,
Whate'er dismay may prompt, or madness dare,
Feasts of the grave, and banquets of despair.—
Hide, hide, the scene; and o'er the blasting sight
Fling the dark veil of ages and of night.

Go, seek Pompeii now:—with pensive tread
Roam thro' the silent city of the dead.
Explore each spot, where still, in ruin grand,
Her shapeless piles and tott'ring columns stand,
Where the pale ivy's clasping wreaths o'ershade
The ruin'd temple's moss-clad colonnade,
Or violets on the hearth's cold marble wave,
And muse in silence on a people's grave.

Fear not.—No sign of death thine eyes shall scare,
No, all is beauty, verdure, fragrance there.
A gentle slope includes the fatal ground
With od'rous shrubs and tufted myrtles crown'd,
Beneath, o'ergrown with grass, or wreath'd with flow'rs,
Lie tombs and temples, columns, baths, and towers.
As if in mock'ry, Nature seems to dress
In all her charms the beauteous wilderness,
And bids her gayest flow'rets twine and bloom
In sweet profusion o'er a city's tomb.

With roses here she decks th' untrodden path,
With lilies fringes there the stately bath,
Th' Acanthus' spreading foliage here she weaves
Round the gay capital which mocks its leaves,
There hangs the sides of ev'ry mould'ring room
With tap'stry from her own fantastic loom,
Wall-flow'rs and weeds, whose glowing hues supply
With simple grace the purple's Tyrian dye.
The ruin'd city sleeps in fragrant shade,
Like the pale corpse of some Athenian maid,
Whose marble arms, cold brows, and snowy neck
The fairest flow'rs of fairest climates deck,
Meet types of her whose form their wreaths array,
Of radiant beauty, and of swift decay.
Advance, and wander on thro' crumbling halls,
Thro' prostrate gates, and ivy'd pedestals,
Arches, whose echoes now no chariots rouse,
Tombs, on whose summits goats undaunted browze.
See, where yon ruin'd wall on earth reclines,
Thro' weeds and moss the half-seen painting shines,
Still vivid 'midst the dewy cowslips glows,
Or blends its colours with the blushing rose.
Thou lovely, ghastly scene of fair decay,
In beauty awful, and 'midst horrors gay,
Renown more wide, more bright shall gild thy name,
Than thy wild charms or fearful doom could claim.
Immortal spirits, in whose deathless song
Latium and Athens yet their reign prolong.

And from their thrones of fame and empire hurl'd,
Still sway the sceptre of the mental world,
You, in whose breasts the flames of Pindus beam'd,
Whose copious lips with rich persuasion stream'd,
Whose minds unravell'd nature's mystic plan,
Or trac'd the mazy labyrinth of man;
Bend, glorious spirits, from your blissful bow'rs,
And broider'd couches of unfading flow'rs,
While round your locks th' Elysian garlands blow,
With sweeter odours, and with brighter glow.
Once more, immortal shades, atoning Fame
Repairs the honours of each glorious name.
Behold Pompeii's op'ning vaults restore
The long-lost treasures of your ancient lore,
The vestal radiance of poetic fire,
The stately buskin, and the tuneful lyre,
The wand of eloquence, whose magic sway
The sceptres and the swords of earth obey,
And ev'ry mighty spell, whose strong controul
Could nerve or melt, could fire or soothe the soul.

And thou, sad city, raise thy drooping head,
And share the honours of the glorious dead.
Had Fate repriev'd thee till the frozen North
Pour'd in wild swarms its hoarded millions forth,
Till blazing cities mark'd where Alboïn trod,
Or Europe quak'd beneath *the scourge of* God,
No lasting wreath had grac'd thy fun'ral pall,
No Fame redeem'd the horrors of thy fall.

Now shall thy deathless mem'ry live entwin'd
With all that conquers, rules, or charms the mind,
Each lofty thought of Poet or of Sage,
Each grace of Virgil's lyre, or Tully's page.
Like their's whose Genius consecrates thy tomb,
Thy fame shall snatch from time a greener bloom,
Shall spread where'er the Muse has rear'd her throne,
And live renown'd in accents yet unknown;
Earth's utmost bounds shall join the glad acclaim,
And distant Camus bless Pompeii's name.

NOTES.

Line 20.—See Eustace's description of the Tomb of Virgil, on the Neapolitan coast.

Line 59.—Dio Cassius relates that figures of gigantic size appeared, for some time previous to the destruction of Pompeii, on the summits of Vesuvius. This appearance was probably occasioned by the fantastic forms which the smoke from the crater of the volcano assumed.

Line 217.—The capital of the Corinthian pillar is carved, as is well known, in imitation of the Acanthus. Mons. de Chateaubriand, as I have found since this Poem was written, has employed the same image in his Travels.

Line 224.—It is the custom of the modern Greeks to adorn corpses profusely with flowers.

Line 268.—The well-known name of Attila.

CARMEN GRÆCVM

NVMISMATE ANNVO DIGNATVM,

ET

IN CVRIA CANTABRIGIENSI

RECITATVM

COMITIIS MAXIMIS

A. D. M.DCCC.XX.

AVCTORE

HENRICO NELSON COLERIDGE,

COLL. REGAL. ALVMNO.

CARMEN GRÆCVM

IN COMITIIS MAXIMIS RECITATVM.

A. D. 1820.

ΜΝΗΜΟΣΥΝΗ.

ΠΟΤΝΙ', ἃ Μούσας ἱερὰς ἔτικτες
Ζηνὸς εὐφρανθεῖσα λέχει μεγίστου,
καὶ τὸ τᾶς ἥβας δροσερὸν τεοῖς κόλ-
ποισιν ἄωτον

ἡδύμοις σώζεις ἔτι, λίσσομαί σε,
δαιμόνων ἕδρας προλιποῦσα, δῶμα
ἔρχε' ἀμὸν, Μναμοσύνα· σύ μέν μοι,
εἴ ποτ' ἔδωκας

χρυσέαν τὰν σὰν κατέχειν ἀοιδῷ
ῥάβδον, ἃ σε χάρματα πάντες ἴσμεν
ζωπυρεῖν τεθνάκοτα, καὶ χρόνον πά-
ροντ' ἀφανίζειν,

νῦν ἐμοὶ χαρίζεο κεῖνο δῶρον
ἄνθεσιν πυκασθὲν, ὄπως ἔτ' αὖθις
πορφυροῦ γάνους φρενὶ γεύσομαι νε-
άνιδος ὥρας.

ἀλγέων οὐδεὶς ἀποκλᾶρος, ὃς ζῇ·
χἀδύ τοι μεσαμερινὸν μετ' ὄμβρον
δειέλοις ὁρᾶν νεφέεσσ' ἐραννὰν
Ἶριδος αἴγλαν.

φεῦ· βραχεῖα τέρψις· ὅμως δ' ἀλάστων
θέλγεται τὸ τραχὺ βίου μεριμνᾶν·
ὡς γὰρ ἐκφαίνεις σὺ, θεὰ, (φλογὸς μί-
μημ' ἐπὶ τύμβῳ)

ἠμένοις ἐν γήραϊ σὸν πρόσωπον,
αἶψ' ἀνηβῶμεν, κραδίαισι δ', ὡς πρὶν,
μειδιώντων αὖθις ἐπιστρατεύει
ἔσμὸς Ἐρώτων.

πῶς γὰρ, εἰ μή ποι Θάνατός μ' ἀπάξει,
λάσομαι σᾶς, ὦ Ῥοδοκλεῖα, μορφᾶς,
μειλίχων πῶς σῶν ἔτι νῦν ἐναύλων
οὔασι μύθων,

καὶ σαγηνέσσας φιλότατος, ὡς σὺ
φιλτάτα κἀγὼ παρὰ τὰν παλαιὰν
ἄμπελον λέσχᾳ κατεδύσαμεν παν-
ύστατον ἦμαρ;

σεμνὸς[1] εἴη χῶρος· ἔσω κατ' αὐτὸν
ἀδέως ἀηδόνες εὐστόμασαν,
ὕδατός τε ναᾶμ' ἰοειδέος δι-
έδραμεν ἄλσος·

κάββαλεν δ' αὔρα παριοῦσ' ἄωτον
ἀνθέων ἀπ' εἰαρινῶν, ἐγὼ δὲ
μύρσινον νύμφας στέφανον κόμαις πλέ-
ξας ἐπέθηκα·

ἁ δ' ἔλεξε δακρυόεν γελῶσα,
"τὸ ῥόδον μαραίνεται· ἄμμε δ' Ἄϊδου
ὕπνος εὐνάζει σκιόεις, τάφῳ δὲ
κείμεθ' ἀνοίκτως·

[1] Cf. Petrarcæ Canz. 14. Chiare &c.

ἀλλὰ μέμνασ' ἀμετέρων ἐρώτων."
μνάσομαι, κόρα τριπόθατε· τούτοις
ζάσεαι σὺ στάθεσιν, ἔς τ' ἂν ἀγνὸν
φέγγος ὁρῶμαι·

μνάσομαι· τί μήν; ἐν ὀνείρασιν γὰρ
νυκτὸς εὐφραίνεις μὲ μονούμενόν σου,
καὶ περιπτύσσων χέρα, χείλεσίν τε
χείλεα μίσγων,

καίπερ οὐκ ἔχων, ἔτ' ἔχειν σε δόξω.—
ἦ μεγασθενής τις ἆρ' εἶ, θεάων
φερτάτα, τᾶς οὐδ' ὁ μέγιστος αἴων
οὐράνιον φῶς,

οὐδὲ λάθα πανδαμάτωρ ἀμαυροῖ·
ἀλλὰ μαχανᾶν γενέτειρα πασᾶν,
μείλιχός τ' ἄει σοφίας τιθάνα
ἔπλεο, δαῖμον.

καὶ σὺ φωνὰν κἀνεμόεν φρόναμα,
καὶ παλαιῶν ἀμιθέων διδάσκεις
τὸν πόνον κλέος τ'· ἀπὸ πασσάλου τε
ποικιλόγαρυν

Δωρίαν φόρμιγγα λάβοντι φαίνεις
θεῖον ὕμνον ἀμφιλαφῆ τε τόλμαν,
τῶν τ' ἔτων ἀποιχομένων ὀπάζεις
ἱερὸν ὄλβον.

ὦ ἐμᾶς τύραννε φρενὸς, σὺ πλεκτὸν,
ὃν φέρω, Μούσας στέφανον δέχου μοι,
χὡς δι' ἀτλάτων πέλαγος κακῶν ἄ-
βυσσον ἁλῶμαι,

εὐμένης ἔλθοις, γλυκερᾶς φέρουσα
αἰόλαν σὺν σοὶ νεότατος ὥραν,
ἔλκεσιν δὲ θελξίνοᾳ ἀσχέτοισι
φίλτρ' ἐπίπασσε.

ἀδύ τοι, [2] τέκνωμα πόνων, ἀκούειν
κληδόν' εὔδοξον· πεφιλαμέναν τε
ἀδὺ φόρμιγγος καναχὰν δέχεσθαι
ἱμεροφώνου·

---

[2] —— τῷ πονοῦντι δ' ἐκ θεῶν
ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.

Æsch. Fragm.

ἄδιον δ' ἀμοῖς ψιθύρισμ' ἐν ὠσὶν
ἄψοφον σᾶς, ἀθάνατ', Ἀφροδίτας
ὡς πόθον στάζεις, βιότου γαλάναν.
Ἦ μέγα θνατοῖς

δῶρον ἐκ θεῶν Μναμοσύνα, καὶ Ἐλπίς·
γεῦσιν ἃ μὲν ἐσσομένων ἔδωκε,
ἃ δὲ, [3] νικῶσ', οἰχόμεν' αὖθις εἰς τὸ
φῶς ἐκάλεσσε.

[3] Absolute. ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. Hom.

CARMEN LATINVM

NVMISMATE ANNVO DIGNATVM,

ET

IN CVRIA CANTABRIGIENSI

RECITATVM

COMITIIS MAXIMIS

A. D. M.DCCC.XX.

AVCTORE

HENRICO NELSON COLERIDGE,

COLL. REGAL. ALVMNO.

CARMEN LATINVM

IN COMITIIS MAXIMIS

RECITATVM,

A. D. 1820.

AD

GEORGIVM QVARTVM,

ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM,

PATERNA SCEPTRA ACCIPIENTEM.

ERGO interemit Mors patriæ patrem!
Dudum imminentem vidimus impetum;
Parcæque maturo beatum
Composuere senem sepulcro,

Cui nostra primo paruit auspici
Ætas! Quid est nunc illius, illius,
Quid præter algentem favillam,
Nomina, funereumque bustum?

Sed ne dolendum plus nimio putes;
Nam nec croci spes, nec breve lilium,
Floresve marcentes rosarum,
Cum periere, reducet imber;

Nec dormientem marmorea domo
Aut næniis, aut tu querimonia
Movebis; humanasve liber
Spiritus in tenebras redibit.

Tuque indecoram tristitiam levas,
Hæres aviti nominis, et diu
Præcepta virtutemque patris
Præteritis imitatus annis,

Georgi, superbæ magna Britanniæ
Spes, et tuorum gloria, cui vetus
Sceptrumque, et insignes honores
Anglia dat triplicis coronæ;

Unaque leges, juraque libera,
Moresque priscos, et niveam Fidem,
Arasque submittit, suumque
Grande decus, meritamque famam!

Nec illa, ne non sis patriæ tuæ
Tutela præsens, (nam potes) et pater
Idem, nec indocta veretur
Fræna manu moderere; at olim

Non te ruentis terruit imperi
Commissa moles; nec rudis artium
  Navem gubernasti per atras
    Incolumem Palinurus undas.

Nec te procellæ vis pepulit ferox,
Læsere nec te saxa latentia;
  Sed Terra cum nutus Tyranni
    Sensit iners, timuitque flagra,

(Qualem inquieti, cum Notus Africo
Decertat olim, fluctibus æquoris
  Jactatus, impendente nocte,
    Nauta videt procul eminentem

Inter tenebras in scopulo Pharon;)
Videre gentes te miseris domum,
  Dantemque depulsis salutem
    Principibus, profugoque regi;

Videre regum frangere vincula,
Et salva lætis mœnia civibus,
  Et jura Libertatis almæ
    Reddere, legitimosque fasces.

Ergo beatæ raptor* Iberiæ
Cessit revictus consiliis tuis,
  Mundumque pacatum futuros
    Deseruit minitans furores.

* Napoleon.

Non tale quidquam pollicitus suis,
Quando juventæ flore vigens novo
Deserta calcavit Sabæa
Milite, degeneremque Memphin.

Non Rhenus illi terminus imperi,
Superbientum nec capita Alpium;
Non Ister undosus, nec iram
Sithoniæ tenuere brumæ.

Ibat malignæ victima Gloriæ;
Nec tum sciebat, quem levis exitum
Fortuna vellet, nec per altum,
Ut caderet graviore lapsu,

Vectum putabat se quoque, dum tremit
Famosa multo Gallia crimine,
Et Roma non æquum Tyranni
Imperium stupet insolentis;

Quin tendit ultra—ferre graves minas
Ausus Britannum ad bella ruentium—
Nunc carcere angusto retentus
Invalida fremat exsul ira.

Quo jam morantes Pax iterum gradus
Terras revisens dirigit ocyus,
Secumque commixtas choreas
Pieridum Charitumque ducit;

Dum læta Plebs, et Curia nobilis,
Oblita pugnæ et sanguinis, otia
Deposcit, invisisque templum
Claudit ovans vacuum duellis.

Quid si improborum Seditio virum
Contaminato cum grege venerit,
Nobisque dementes ruinas
Perfida, et imperio pararit;

Quid civium si prava jubentium
Ardor quietem juraque tempserit,
Urbes et effuso tumultu
Miscuerit? Tua vox furores

Compressit atros, et sceleri modum et
Insanienti fræna licentiæ
Injecit, o qui sceptra nostro
Nobilitata tenes amore.

Dum tu insularum, quas mare dividit,
Curas magistram, te dominum æquoris,
Quicunque pacati remotos
Navigat Oceani recessus,

Agnoscet, ingens qua Boreæ latus
Torpet perenni frigore; fertilis
Qua ridet Esperanza,[a] aquisve
Auriferis rigat arva Ganges.

[a] Cape of Good Hope.

At te tuorum si procerum cohors
Cingens triumphante ordine vocibus
Salutat, et gens omnis uno
Exoriens veneratur ore ;

Non, quas recessus inter et arborum
Frigusque gratum, et mite silentium,
Et lustra Musarum remittit
Suspiciens sanctos ignes, magnumque Hymenæum,
Fatidica egregios præsumpsit mente triumphos.
Æternæ salvete faces, verumque Deorum
Conjugium, salve: Tuque o, spes certa salutis,
Anna, quibus meritam cœlo te laudibus æquem?
O vere regina; tuo nam munere regnis
Relligio, densusque sacræ caliginis horror
Diffugere. Tibi magno licet ordine fata
Volvantur graviora, ortæ lux alma diei
Clarior effulget, propria et gens æmula laude

77 Cf. Gray. Bard.

Regardless of the sweeping whirlwind's sway,
That hushed in grim repose expects its evening prey.

Te decorat, tu sola rogi, tu funeris expers,
Vivida perpetuæ lætabere flore juventæ.
Tu vero ante alias felix clarissima virgo
Conjugis in gremio, partus enixa viriles,
Jussa mori, quam nec domini inclementia morti
Prodidit, aut fictæ perjuria perfida linguæ,
Felix morte tua, neque in hos servata dolores.
Sed subit interea tacito pede tarda senectus,
Turpiaque Henricus lautis terit otia tectis,
Longa importunæ ducens oblivia curæ:
Et vino, aut citharæ molli dulcedine captus,
Producit vetita in seram convivia lucem,
Immemor, heu quantus tumefacto in corpore languor,
Quæ voltu macies, quantum mutatus ab illo,
Qui, licet indomitas toties Germania classes
Cogeret, æquoreamque animaret Gallia pubem,
Hinc Latium, hinc flavis instaret Scotia turmis,
Ipse manu impavida poterat suspendere, fatis
Europæ invigilans, æquato examine, lances.
Hic tamen extremæ jam sub confinia vitæ
Efferus, atque animi violento in corde furentis
Impatiens, quantas strages dedit ipse suorum?
Funera quot? quoties illustri sanguine tellus
Immaduit? testor manes et conscia veri
Numina, non illas meritum te expendere pœnas

96 Jane Seymour.

117 Howard, Earl of Surry, beheaded on an unfounded suspicion of aspiring to the crown.

Hovarde, aut falso damnatos crimine Polos.
Nec tua te, Cromvelle, aut te tua plurima, More,
Defendit virtus, et tot spectata periclis
Incorrupta fides; urget violentia mentem
Major, et extremos Henrici obnubilat annos.
Non secus, insolitos pastor sub vespere nimbos
Ingruere aspectat, cœlumque involvier umbra,
Luridaque obscurum diffundere lumina solem.
Non tamen ulla tuas carpent oblivia laudes,
Henrice, aut tantos poterunt abolere triumphos.
Candida dum Pietas terram lustrabit amœno
Lumine, dum studio assurget tibi Granta fideli,
Æmulaque alternas nectet Rhedycina coronas;
Tu, pater Edvardi, tu, sanguinis auctor Elissæ,
Florebis, majora novæ nova sæcula famæ
Dona ferent, sic crescet honos tibi firmior annis,
Gloriaque ad seros veniet cumulata nepotes.

JOSEPH ST. JOHN YATES.

118 Cardinal Pole and his brother Henry executed on a suspicion of a similar nature.

DOCTRINA VIM PROMOVET INSITAM.

Χρύσεον σέβας Σοφίας, ἐραννοῖς
Ὀππάτεσσιν ἀμβρόσιον γελάσας,
Τὶν θεὰ φόρμιγγι πλέκω, τὶν Αἰολ-
ηΐδα μολπάν.
Χαῖρ', ἄνασσα, χαῖρε, βροτοῖς νεοσσᾶς
Ἠπία θρέπτειρ' ἀρετᾶς, σύνεργος
Πότνα πανδώρω φύσιος, φρανῶν κάπ-
ουρε νεάων.
Ἦ ποτ' ἀγνοίας νεφέλᾳ βαρείας
Ἄνδρας οἰκτίσαισ' ἀλυόντας, ἀδὺ
Μειδιᾶσ' ἔσταξας ἀπ' ὀρράνῳ φῶς
θέσκελον αἴᾳ.
Τὼς πάλας εὐείδεα κάμψιν Ἑρμᾶς
Φθέγμα θ' εὗρεν ἀνδράσιν, ἄγριοι τως
Ὀρφέα θαεῦντο βροτοί σφιν ἤθη
ὠμὰ μάλαξαι.
Ἠνίδ' ὡς νεανίδος ἄνθος ὥρας
Βλαστάνει χλωρὸν νεοθαλές· ἆβα
Τερψέων ἔαρ βραχὺ μειδίασε
πορφύρεον φῶς.

Ἠνίδε στυγνᾶς κακίας ἄβυσσοι
Ὡς ἐπεδρεύοντι δόλοι νεοσσοῖς
Ἔρνεσιν, μέσοις ἅτε φοίνιοι βρόδ-
οισι δράκοντες·
Ψευδέως Σειρὰν ὀλέτειρα μειδῇ·
Κὴρ ἔνερθε συστρέφεται, τὸ δ' ἄψον
Εὐγενῆ φλόγ', ὦ Σοφία, φίλαν τ' ἔμ-
πνει φρασὶν ὁρμάν.
Εὖ γεγῶτ' ἠσχυνε νόσος κακίστα
Σεῖ' ἄτερ. λυγρᾷ δ' ἄπυρος κεκευθὼς
Ἐν σποδῷ σπινθὴρ ἀρετᾶς κατεύδει,
χα ζάθεος φλὸξ
Ὠκά κεν μαραινομένα κατέσβη,
Σεῖ' ἄτερ· πολλᾶν μὲν ἄβυσσ' ἐρεμνᾶς
Ἄντρ' ἀλὸς φαεννοτάτας λίθων ἀκ-
τῖνας ἔκρυψεν,
Πολλὰ δ' αὖτ' ἔλαμψεν ἄδαλα, καύραν
Ἀδονᾷ θέλξασκεν ἔραμον ἄνθη,
Τὼς, ἀπαίδευτος Σοφίας, φθίνει νε-
ανίδος ἀκμά.
Εἰ δέ νιν ποτεῖδε Θεὰ φαεννὰς
Χεῖρας ἐκτείναισ' ἀρετᾶς τιθάνα,
Εὐγενῆ τότ' αὖ φράνα θάρσεός τε
καὶ πεδὰ μόχθων
Ἐς βαθὺ σκᾶψεν κλέος, οὐδ' ἔθ' ἁγνὸν
Πᾶξέν οἱ ψυχᾶς κακία ῥέεθρον
Καρτερᾶς, ἵνις δ' ἀπέβλαστεν ἐσλῶ
πατρὸς ἀμείνων.

Ἦ νέας ἀποφθίνει ἔλπις ἀκμᾶς;
Οὔ· μελίγλωσσοι δὲ γένοντ' ἀοιδοὶ,
Πάνσοφοι βουλαφόροι, ἐν μάχαις ἥρ-
ωες ἄαπτοι.—
Ἀφθίτων ψυχαὶ νεκύων ἀγαυαὶ,
Κῦδος αἷας ἀθάνατον Βρεταννᾶς,
Μάρτυρ' ὑμῶν ἀΐδιον κάλημι
δόξαν ἀγάσδων·
Ἧς, ὃν ἐννοίας ὀρανῶ ποτ' αὐλὰν (Newton)
Ἆρμ' ἐπᾶρεν ὑψίτατον, τὸ νωμῶν
Ἀστέρων διᾷξε φλόγ' ἀλίωτε
πάμβοτον αὐγὰν
Ἧς βαθυσχοίνοις ἐπ' Ἄωνος ὄχθαις (Shaksp.)
Ὃς γεγὼς, λαμπρῶ καθαρὰν ἐς αἴγλαν
Αἰθέρος πρᾶτος μόλ', ἀναξιφόρμιγξ
φαντασίας παῖς.
Οὐδ' ἐλάσσων κῆνος, ἀνόμματον φῶς, (Milton)
Τὸν πτέρυξιν ἀμβροσίαις ἔφεδρον
Μοῖσ' ὑπὲρ φλογῶπα πέλαξε κόσμω
τείχεα, θειᾶν
Κλᾷθρ' ἀνοίξαντ' Ἀλυσίω πυλάων,
Ἄφθιτόν τ' αἴγλαν ποτιδόντ'; ἄριθμον
Ψάμμος ἐκφεύγει· τί κε, Μοῖσα, λέξαις
θέσκελα φωτῶν
Ἔργα, γᾶς ματρὸς κλέος; αἶρε νάσω
Κύδιμον τᾷδ' ἀγλαΐαν, ἵν', ὥρη θ'
Ἑλλάδος φίλαν τε λιποῖσα Ῥώμαν,
πότνια χαίρει

Θεὰ νέοις Ἐλευθερία θρόνοισι,
Τὰν φίλησ' Ἄρης, φιλέοντι Μοῖσαι,
Τὰν δαφναφόρος Σοφία φίλησιν
ἔξοχα χωρᾶν·
Τὶν γὰρ ὦ σεμνὰ διδύμοις μεγίστοις
Δῶρα βωμοῖς προσφέρομες, παρ' ἕδρᾳ
Τιμίᾳ Γράντας, χλοεραῖς τ' ἐφ' ἁγνᾶς
Ἴσιδος ὄχθαις,
Τὶν, φιλίστα δαῖμον, ὀφείλομες τῶν
Πρὰν ἀγήρων ἀϊθαλῆ τε φάμαν
Ἡρώων, οἷοί τε ποτ' ἔσσαν, οἷοί τ'
αἰὲς ἔσονται.

EDMUND LAW LUSHINGTON.

EX DUOBUS,
HECTORE ET ACHILLE
INTER SE COMPARATIS,
UTER UTRI SIT ANTEFERENDUS.

PERMULTA quamvis sint quæ tempore mutentur, in judicandis tamen hominum moribus, non alia adhibenda videtur ratio, quam quæ apud antiquos valuit. Ex Homero saltem ea ducimus morum et virtutis præcepta, quæ et nostri poetæ concelebrent, quæque proba et decora apud universos homines æstimentur. Neque de rebus incognitis, sed tritis admodum agitur et communibus, cum duæ ex Homeri personis inter se comparentur. Utrumne igitur anteponendum ducamus, Achillem, an Hectora?

Id vero observare liceat, de Achille tantum agi, qualem ex Iliade compertum habemus. Poetæ scilicet minores nonnulla de Achille finxerunt, quæ insolentem potius, acerbum, et crudelem, quam generosum, clementem, vel mitem exhibent, inter quæ notum illud Horatii,

> " Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
> " Jura neget sibi nata ; nihil non arroget armis."

Sed hi minus audiendi sunt, neque, in hac dis-

putatione, alio duce, quam Homero, utimur, qui Achillem suum, cum vulneri obnoxium, *σύτο δ' αἷμα κελαινεφές· Φ.* 162. tum cæteris hominibus non dissimilem depinxit, nisi quod eximiâ virtute præniteat. Nemo sane est, qui omni illum culpâ liberet; sed, quæ hodie rudiora et incultiora videntur, consuetudinis erant et temporis vitia, neque ab hominum moribus aliena, cum nondum ad comitatem illam et urbanitatem suam, quæ aliis exemplo esset, politi et exculti Athenienses pervenissent. Ex quo fit, ut Achilles nonnunquam sævior et iracundior existimetur, animique sui magnitudinem quasi deprimere immanitate quâdam videatur.

Sed unde illa omnis superbia et violentia, *ἦ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε*; Unde illa a castris Argivorum secessio? Briseida, ut ipse profitetur, tanquam conjugem amabat: *Ἐκ θυμοῦ φίλεον δουρικτητήν περ ἐοῦσαν· I.* 340. Quid mirum igitur, si, raptâ per vim Briseide, in iras exarserat? Sed, ecce hominem omni admiratione dignum: Agamemnonis insolentiam vi castigare nonvult; tranquille se in sua castra recipit; tacite Deorum monitis obsecutus, occasionem illam expectat, quâ Agamemnon, ad incitas redactus, supplex sit auxilium oraturus; quâ quidem omni in re, cum ipse se temperantem neque turbulentum ostendit, tum meritas ab Agamemnone pœnas sumit, nimiamque ejus insolentiam compescit. Explicatu tamen si cui forte difficilius videatur Homeri illud,

> *Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων,*
> *Ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς,* *Τ.* 467.

ubi Alastoris filius ab Achille trucidatus memoratur, in animo ille habeat, Achillem jam e castris exire, Patrocli morte graviter commotum, neque eam clementiam, quâ antea usus fuerat, erga Troas, præstiturum.

Πρὶν μὲν γὰρ Πάτροκλον ἐπισπεῖν μόρσιμον ἦμαρ,
Τόφρα τί μοι πεφιδέσθαι ἐνὶ φρεσὶ φίλτατον ἦεν
Τρώων, καὶ πολλοὺς ζωοὺς ἕλον, ἠδ' ἐπέρασσα.
Νῦν δ' οὐκ ἔσθ', ὅς κεν θάνατον φύγῃ, ὅν κε Θεός γε
Ἰλίου προπάροιθεν ἐμῇς ἐν χερσὶ βάλῃσι,
Συμπάντων Τρώων, περὶ δ' αὖ Πριάμοιό γε παίδων.

Φ. 100.

Neque igitur Achillem naturâ crudelem fuisse judicemus, sed acri et vehementi vindictæ studio præreptum. Quod quidem et amicitiæ singulari potius tribuendum videtur. Solenne enim apud antiquiores erat, amissos in pugnâ amicos quanti haberent, quam maximâ hostium cæde declarare. Quod sane hodie apud Indos Americanos obtinet, qui, non in repugnantes solum, et in ipso discrimine cadentes, sed in captivos etiam gravissimam crudelitatem cum exerceant, honestari se credunt, et perfectæ virtutis officio perfungi. Ille autem, de quo loquimur, Achilles, quali sane virtute, quali mentis facultate et corporis cæteri Argivi vigebant, tali et ipse insignis, elatiore quâdam animi magnitudine, et spiritu quasi diviniore, omnibus antecellit. Nam unus ille omnium sortem suam vitæ et *διχθαδίας κῆρας* cognoverat; unus ille, cum posset

in regna sua incolumis pervenire, certam mortem certæ vitæ consulto prætulerat.

Εὖ νύ τοι οἶδα καὶ αὐτὸς, ὅ μοι μόρος ἔνθαδ' ὀλέσθαι,
Νόσφι φίλου πατρὸς καὶ μητέρος. *T.* 421.

Quid vero optimæ indoli magis consentaneum est, quam pietas illa, quam nunquam non præstitit Achilles? Absentem Pelea quali cum reverentiâ nominat? Matri quam se morigerum exhibet? Deos in prælium abiturus quis solenniori prece invocavit? Erga senem Phœnicem quis amabilior? In Priamum quis modestior? Priamum scilicet, quem licuit vel occidere, vel captum non sine magno pretio reddere, tanquam patrem cum excepisset, incolumem et voti compotem e castris remisit.

Sed, ut ad Hectora veniamus, id quærendum videtur, utrum aliquâ virtute, quæ illo tempore haberetur, caruisse videatur ille, quem jam laudavimus. Ecquid in Hectore præclarum elucet, quod non et in Achille pari splendore niteat? Sit fortis Hector, sit magnanimus. Sed sibi parum constare videtur, cum, Paridis injuriam gravissime inculpans, pro injusto Paride strenue decertet, et injustum bellum finire cum possit, Helenam Menelao non remittat. Benevolum sane illum et amabilem commendat ipsa Helena, mortuum appellans vocibus illis *δαέρων πολὺ φίλτατε πάντων*, et ab uno ex Trojanis Hectore male se nunquam audivisse affirmans. Neque deest singularis in parentes pietas, in fratres benevolentia, in uxorem amor. Sed his omnibus et præclaris

virtutibus talis aliquando immanitas accedit, ut vix credere possimus eundem esse, quem nuper admirati sumus: illa nonnunquam apparet timiditas, ut, qui modo summâ laude dignus visus est, eundem nunc tantum non ignobilem judicemus. Præcipue vero in Hectore notandum est, præstantiam ejus non tam sustentari, nec tam continuam esse virtutem, quam in Achille, cujus in totâ vitâ rerum inter se bene et apte convenientium series exhibetur, quem non poteris non admirari, nisi si nimius forte videatur dolor, aut si nimia forte virtus exarserit.

Meo igitur qualicumque judicio Achilli omnino danda est palma, quem credo Hectori nec virtute, nec pietate, neque amicitiâ cedere; qui naturâ ad clementiam longe proclivior videtur, ad quam sane Hector minime: quinetiam insolentiâ istâ omni, quâ solet Hector tumescere, omnino vacat; et, cum minora professus sit, majora tamen perficit. Hectori porro non licebat, quanquam ipse cuperet, e pugnâ tuto discedere, quod quidem paulo rerum vel gestarum gloriam minuisse videatur, præsertim, ubi cum Achille comparatio instituta est. Sed et ipsam comparationem vel Poetæ judicio tantum non diremtam crederem. Nam Hectora Homerus dignum esse voluit, qui cum Achille certaret, non illum esse, qui Achillem posset vincere: Achillem voluit Deo minorem esse; Hectora inter heroas, non nisi excepto Pelidâ, μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα, præstantissimum.

JOHN TEMPLE LEADER.

POEMATA,

PRÆSIDUM SCHOLÆ HARROVIENSIS

PRÆMIIS DONATA,

ET

IN AUDITORIO RECITATA,

DIE JUL. V. A.D. MDCCCXXVII.

LONDINI:

IN ÆDIBUS VALPIANIS.

1827.

LOCORUM ADMONITUS.

PERCULSA sacro mens trepidat metu,
Quandò oppidorum conspicit atria,
Orbata murorum coronis,
Aut veteris monumenta Musæ
Miratur. Ergò corda dolor recens
Fervore mixto corripit, anxii
Marcere quà circùm tuemur
Præteritæ documenta famæ.
Cernisne, crescunt ut viridaria
Circùm rosarum flore superstite,
Dum penna turgentis Favonî
Delicias super arva pandit?
Eheu! per illos conticuit chelys
Suspecta lucos; filia saxei
Nec montis exauditur Echo,
Indigenas revocans susurros.
Princeps Latinæ, te, fidicen lyræ,
Te, Flacce, duris non habilem Sophis,
Contemplor: O! sublime, ut olim,
Pollicitus modulamen, adsis.
Heu! Roma, rerum fertilis, obsitos
Flavus ruinis Tibris adhuc locos
Cui mordet, ut circùm decoris
[1]Forma tui sine voce torpet!

[1] The Niobe of nations, there she stands,
Childless and crownless in her voiceless woes. Byron, Ch. Har.

At, dum quiescis, mersa silentio,
Sæcli prioris reliquias mihi
Dat luna lustrare et sub umbris
Visa vagis simulacra prodit.
Insigne nomen quæ Capitolio
Ævi vetustas auferet, aut Fori
Decreta delebit? Potentis,
[1]Forma mihi, studiosa linguæ,
Assurgit. Illi læta Themis suum
Cedit tribunal, dum veterem arrogat
Romæ potestatem tonanti
Eloquio. Neque te silebit,
Dilecte Musis, Mnemosyne: virent
Laurus sepulcri ad reliquias tui,
Multisque te condit latentem
Parthenope veneranda sæclis.
At, si quis olim fulsit honos Fori,
Extinxit ætas: nunc hedera insolens
Invadit amplexu columnas,
Et steriles dominantur herbæ.
Jam non inani fallor imagine,
Cùm tot, decoro sanguine sordidos
Contemplor heröas: Camilli,
Scipiadæ, Fabiique bello
Vis tarda testes: Hannibalis dolos
Bellique voces protinus audio;
Præsumit et laudem triumphi,
Insidias subitura, pubes.
At quò vagamur? Quid vetat Hellados
Errare campis? Nomen Apollinis

[1] Cicero.

Auditur, et visæ palumbes
Fatidicos iterare cantus ;
Plausuve victorem accipiunt equum
Densis coronis agmina. Jam ciet
Turrita majestas Athenis,
Auspicio graviore, carmen.
Quot signa dicas, Pieri, barbaris
Calcata dudum sub pedibus ! Licet,
Splendescat arx alta et Minervæ
Fana,[1] manu decorata clarâ ;
Has inter ædes vindicat invidas
Vires eundo Tempus et urbibus
Insultat eversis, supremo
Comminuens nimis alta casu ;
Irasve miscet turbinis, ut Deûm
Nutant sub ictu tecta. Sed undique
Lauroque collatâque myrto
Rura vigent, volucrumque cantus
Spirant per umbras : obstrepit irrigans
Cursus latebras fluminis ; et Sophos
Audire præsentes, et unà
Jam videor glomerare gressus.
At, Musa, mecum tende aliò fugam.
Ægyptos ardens solibus emicat,
Et lentus æstivo meatu
Nilus agros beat auspicatos.
Ripas coronant fragmina mœnibus
Quot lapsa ! Testis Pyramidum decus,
Centumque portarum columnæ, et
Sculpta rudi simulacra saxo.

[1] Pericles.

Necnon moratur per Babylonias
Arces viator; languet odoribus
  Desueta per notos recessus
    Aura, modis neque rura miris
Suspensa reddunt æthere pensiles
Fructus. Peierro quæ penetralia?
  Testatur ignoti sub aurâ
    Templa Dei Druidumque ritus
[1]Immane saxum. Deferor hinc tuas,
Augusta, in [2] a des fanaque marmore
  Ornata, quà servat vetustas
    Perpetuo data claustra somno,
Et quicquid ætas vidit amabile,
Aut dia Virtus aut patrius vigor
  Accendit: hìc regumque nati
    Et fide conspicui quiescunt.
Ultrà superbis quid moror ædibus?
In rure nostro Musa decentiùs
  Commendat antiquos honores,
    Atque animos, quibus Herga quondam,
Virtutis altrix, attulit indolem,
Ludi innocentis decipiens dolo
  Lætæ juventutis laborem:
    Cùm tenero meditatur ungui
[3]Campestre pubes prœlium et imperî
Fines et album justitiæ decus,
  [4]Et barbaros gaudet potenti
    Arbitrio cohibere fastus;

[1] Stonehenge. [2] St. Paul's, Westminster Abbey, &c.
[3] Vid. Ld. Teignmouth's Life of Sir W. Jones.
[4] One party was called "Barbarian."

Binis peractâ sub ducibus vice,
Hoc colle flores carpere [1] cognitis
Musarum, et insignes honesti
Primitias adhibere cultûs.
Phœbo [2] sodalem nec pigeat levi
Ornare vittâ. Spirat adhuc melos,
Vivuntque commissæ sorores,
Herga, tui modulis poëtæ.
Atqui, sepultos Mnemosyne beet
Si laude manes, nonne animos novâ
Educet ardentes Minervâ, et
Pollicitam meliora prolem?

[1] Dr. Parr and Sir W. Jones. [2] Ld. Byron.

FRANCIS LEYBORNE POPHAM.

MONETA.

Unde arcana homines telluris claustra subire,
Et rimas, lateat dives queis vena metalli,
Scrutari, et coquere inventum, male sana cupido
Jusserit artifici flammâ, quæ cura monetæ,
Qui labor excudat massam, qui rapta minutis
Æra soli thalamo doceat splendescere formis,
Expediam: quod deinde effossæ copia lamnæ
Poscat opus, cantare aveo: seu turgida ferro
Viscera terraï et cæci sine sole recessus,
Seu rutilo micas volventia flumina lapsu,
Munera (quæ meliùs latuissent abdita,) celent.
Tempore quô vitæ carpebant otia gentes
Antiquæ, bona simplicitas et dia voluptas
Pollebant; nulla ingenuos captaverat auri
Effigies animos populorum, nulla metalli
(Quantos post enixa dolos!) in sæcula gazas
Vena novas tulerat. Sociæ commercia vitæ
Crevêre, et nemo, fuerat quô fœdere pactus,
Aut commutatas pecudes, aut, judice nullo,
Frugibus erubuit lucrum spectare relatum.
At, quando effossi fulgore expalluit æris
Gens humana, (solo non dedignata repostas
Divitias rutilumque jubar,) quæ quantaque fata
Intulit illa dies, lacrymis obnoxia nostris!
Hinc aliis alii fontesque modique videntur
Esse mali. Terræ rumpens penetralia, [1]Itonus,
Si qua fides Musis, procudit pondera massæ
Ardentis primus: [2]Lydorum hinc arte metalli
Visam alii glaciem, liquefactam, effervere dicunt,

[1] Lucan. vi. 402. [2] Herod. l. xciv.

Ignibus: et Romæ mox irrequieta cupido
In formam fregit resoluta decentiùs æra
Auspicio Tulli. Sæcli quæ fata futuri
Mens ignara parit! quæ semina fraudis avaræ
Concipit! Hinc signata boüm speculamur in ære
Corpora; et hinc, pecudis de voce, pecunia nomen
Accipit et formas; dein læta notarier ætas
Sentit inexpertas species; fastuque nitescunt
Rostrato Janique bifrontis imagine nummi:
Tot divôm facies! Exsultat bellica pubes,
Plaustra videns galeasque et prisci signa Quirini
Et bijugos currus argenteâ fronte micantes.
Crescit amor nummi: nec longum tempus, et auri
Hispanæ moles rutilâ fornace liquescunt.
Hinc aliæ venêre artes. Pater ipse videtur
Fulmina moliri dextrâ mediosque per ignes
Altitonans dare jura Deis; supràque sedentem
Radit iter rapidis avium fortissima gyris.
[1]Aut ære excuso vivos suspirat amores
Alma Venus, Paphii linquens cunabula fluctûs,
Oceani thalamum; nitet illâ pura voluptas
Effigie, ambrosio florescit gratia vultu:
Haud aliter dilecta Cypri sua litora visit,
Invitat quum vernus honos genialiaque arva.
Hic turrita jugo tigres Berecynthia mater
Flectit, ut, incedens Asiæ veneranda per urbes,
Corda agitat: reboant obscuris orgia sacris.
Hic Mavors quatit arma minax, et [2]poplite flexo
Pallida Tisiphone juxtà sedet, horrida ridens

[1] There too the goddess loves in stone, and fills
The air around with beauty; we inhale
The ambrosial aspect. Ch. Har.

[2] And at his iron feet
Destruction cowers to mark what deeds are done. Ch. Har.

Prœlia, sanguineosque exsultat inire tumultus.
Pallas ibi tenui conflata imitamine gaudet,
Dîque Deæque omnes, veteris simulacra monetæ:
Qualia subter humo corrupta ærugine fossor
Inveniat viridi stupefactus, ut incubat auro,
Fata inopina vocans et conscia numina cœli.
Inde novum properatur opus, quando ignea moles
Candet, et in tremulo glacies dissolvitur æstu.
Porrò, quà Scythicas Ister se volvit in undas
Pannoniique sonant saltus, ibi vena metalli
Plurima collucet; sive indigesta sub antris
Massa adsit, sive auratæ, mirabile visu,
Trudantur frondes [1] vegetâ vi, bractea vento
Dum leni crepitat; sive illic pulvere terra
Splendescat rutilo, et fulvæ laudentur arenæ.
Cruda jacet moles latebris, et sordibus intus
Confusa omnigenis: Vis irrequieta vaporis
Luctatur motu ingenti. Stant cocta caminis
Pondera: tum formas variatis viribus urget
Machina conspicuas, auroque interprete Fastos
Signat, et historiam vero jubet ore moveri.
Scilicet annales volvunt hoc fonte vetustos
Sæcula, quô regum suevit regale nomisma
Præstare illustres titulos, facieque minutâ
Pandere bellorum casus et facta superbi
Victoris: necnon [2] sceptri vestigia sumpti,
Rege novo, conflata manent. Neque talia Musæ
Contemnunt: gnarus vates inhiare monetæ
Spes avido pascit visu, fingitque tuendo.
Quin et amor patriæ juvenis præcordia circùm

[1] See Accounts of gold mines in Hungary.
[2] Coronation medals.

Æstuat igne novo; tot famæ munera priscæ,
Qui, prolata videns, cupit æmulus aurea factis
Præmia, tam claros non dedignatus honores.
Nec minor utilitas: pretio commercia crescunt,
Crescit pura fides, varias et promovet artes
Vis animi melior: Mox in certamina belli
Sponte ruunt juvenes, si quid Gangetis ab orâ
'Eöi rapiant auri: vel Thessala propter
(Dum miseris ultor fert patria tela Pelasgis,)
Rura, sacris Arabum signata [2]nomismata verbis,
Turca quibus rutilam gestit distinguere massam,
Advena Marte petit, virtutis præmia, miles.
Quò feror? En, lætis splendent majora monetæ
Signa sub auspiciis: intersunt inclyta laudis
Munera, et eximias prisco de more cohortes
Ornat [3] bulla suis, avidè quæsita, figuris,
Gallorum testata fugas, et vindicis enses
Sæpè cruentatâ Belgarum in fine Britanni,
Quem virtus sua commendat, quem vividus ardor
Impulit, et patriam servandi gloria terram.
Nec minùs, inter opes tantas, reserata referri
Flumina doctrinæ liceat. Jam dedita pubes
Musarum studiis, tacito veneratur amore
Te, præsens tutela loci; si [4] munere fiat
Digna tuo, pulcrâ per sæcula cuncta monetâ,
Efferat ut Latias voces sermone soluto,
Ad tua jussa alacris, tanto nec inepta labori.

[1] Burmese rupees. [2] Turkish coins.
[3] Waterloo medals. [4] Peel medal.

FRANCIS LEYBORNE POPHAM.

MASSINGER.

VIRGIN MARTYR, Act IV. Sc. 3.

ANTONINUS, DOROTHEA, THEOPHILUS.

ANT. See, she comes;
How sweet her innocence appears! more like
To Heav'n itself, than any sacrifice,
That can be offer'd to it. By my hopes
Of joys hereafter, the sight makes me doubtful
In my belief; nor can I think our Gods
Are good, or to be serv'd, that take delight
In off'rings of this kind: that, to maintain
Their pow'r, deface the master-piece of Nature,
Which they themselves come short of. She ascends,
And ev'ry step raises her nearer Heaven.—

THEOPH. Now, proud contemner
Of us and of our Gods, tremble to think,
It is not in the pow'r thou serv'st to save thee.
Not all the riches of the sea, increas'd
By violent shipwrecks, nor the unsearch'd mines,

MASSINGER.

VIRGIN MARTYR, Act IV. Sc. 3.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ, ΔΩΡΟΘΕΑ, ΘΕΟΦΙΛΟΣ.

ΑΝΤ. Ἥδ' οὖν πάρεστιν· ἡρετὴ τῆς παρθένου
ὡς δὴ γλυκεῖα κἀπίσημος εἰσιδεῖν.
θεοῖς ὁμοία μᾶλλον, ἤ τῳ θύματι,
ὅπερ ἐπὶ βωμοῖς ἀνατίθη τις ἐμπύροις.
οὕτω τύχοιμι χαρμάτων, ὧν ἐλπίδα
ἔχω τὸ μέλλον, ἥδε μ' ὄψις ὡς ποιεῖ
θεοῖς ἀπιστεῖν· οὐδ' ἔμοιγε δαίμονας
πάρεστ', ἐν ἡμῖν τιμίους, ἐσθλοὺς λέγειν,
οὐδ' αὖ βροτοῖσιν ἀξίους ἡμῖν σέβειν,
οἷς ταῦτ' ἀρέσκει θύμαθ', οἵ θ', ἵν' ἀσφαλῆ
ἀρχὴν ἔχωσ', οὕτως τὰ πρῶτ' ἀγάλματα
φθείρουσι Φύσεος, καίπερ ἥσσονες πάνυ
αὐτοὶ γεγῶτες. ἀλλὰ κλιμάκων ἔπι,
ἰδοὺ, προβαίνει· τῶνδε δ' αἱ προσαμβάσεις
πᾶσαι φέρουσιν ἆσσον οὐράνου πόδας.
ΘΕΟΦ. ἡμᾶς θ' ὑβρίζουσ', ὦ σὺ, δαίμονάς θ' ὁμοῦ,
φρίκῃ τρέμουσ', ἴσθ', οὐ σθένοντα πῶς θεὸν,
ὃν μὲν σεβίζεις, σοὶ φέρειν σωτηρίαν.
οὐδ' ὅσα θάλασσα κυμάτων κειμήλια,
ναυαγίαισιν ὀβρίμοις ηὐξημένα,
ἔνδον κέκευθεν, οὐδ' ἂν ἀργύρου χθονὶ

(Mammon's unknown exchequer,) shall redeem thee:
And, therefore,—having first with horror weigh'd
What 'tis to die, and to die young; to part with
All pleasures and delights; lastly, to go
Where all antipathies to comfort dwell,
Furies behind, about thee, and before thee;
And, to add to affliction, the remembrance
Of the Elysian joys thou might'st have tasted,
Had'st thou not turn'd apostate to those Gods,
That so reward their servants;—let despair
Prevent the hangman's sword, and on this scaffold
Make thy first entrance into Hell.

DOR. Thou fool!
That gloriest in having pow'r to ravish
A trifle from me, I am weary of;
What is this life to me? Not worth a thought:
Or, if it be esteem'd, 'tis that I lose it
To win a better: e'en thy malice serves
To me but as a ladder to mount up
To such a height of happ'ness, where I shall
Look down with scorn on thee and all the world:
Where, circled with true pleasures, plac'd above

πηγαὶ λαθόντος, ἀπόκρυφος Πλούτου θεοῦ
θησαυρὸς, οὐ δύναιντό σ' ἐκλύειν, γύναι,
κακῶν παρόντων· τοίγαρ εὖ σκέψαι τάδε·
τὶ δὴ τὸ θνήσκειν, καὶ μάλιστα τοῖς νέοις·
τὶ, πάντα χάρμαθ' ἡδονάς τε τοῦ βίου
λείπειν τ', ἀποίχεσθαί τε κεῖνον εἰς δόμον,
ἵνα τερπνὸν οὐδὲν ἢ φίλον καθίσταται·
ὄπισθεν, ἀμφὶ, πρόσθ', ἀεί σ' Ἐριννύες
ἕξουσιν· ἀλγυνεῖ τε σὸν κέαρ πικρῶς,
πεδίου τὰ χάρματ' Ἤλυσίου φρεσὶν σκοπεῖν,
ὅσ' ἂν δέχεσθαι σοὶ μὲν ἐξείη τὰ νῦν,
εἰ μὴ, κακίστη, τῶνδ' ἀπεστάτεις θεῶν,
τοῖς σφᾶς σέβουσιν ἔθεσαν οἳ γέρας τόδε.
σκέψαι τάδ', ὄφρα καὶ φθάνῃ δυσθυμία
τοῦ δημοκοίνου φάσγανον σφάζουσά σε,
πάσχῃς τε βάθρων ἔπι σὺ τῶνδε, Ταρτάρου
ἴσ' ἐστὶ τἄλγη.

ΔΩΡ. μῶρε, παντελῶς τυφλέ·
κούφου σθένων ὃς κτήματός μ' ἀποστερεῖν,
ᾧ πρὶν μὲν ἠχθόμην ἔγωγ', εὔχει τάδε.
ἴτω· τί μοι ζῆν κέρδος; οὔτι, μοὶ δοκεῖν·
εἴ δ' ἄρα πρόσεστι τῷδέ τις βίῳ χάρις,
πρόσεσθ', ὅτ', ἄλλον κερδανοῦσ' ἀμείνονα,
ἐκ τοῦδ' ἄπειμι· μῖσος ἆρα τὸ σὸν δοκεῖ
ἔμοιγε κλίμαξ, οὔπι πρὸς τὸ χαρμάτων
ἄκρον μόλοιμ' ἄν. ἔνθ' ἐμοὶ, σὲ γῆν θ' ὁμοῦ
πᾶσαν βλεπούσῃ, μηδενὸς ποιεῖν πάρα.
ἀληθέσιν συνοῦσ' ἵν' ἡδοναῖς, βολῶν

The reach of death or time, 'twill be my glory
To think, at what an easy price I bought it.
There's a perpetual spring, perpetual youth;
No joint-benumbing cold, or scorching heat,
Famine, nor age, have any being there.

Forget, for shame, your Tempe; bury in
Oblivion your feign'd Hesperian orchards:
The golden fruit, kept by the watchful dragon,
Which did require a Hercules to get it,
Compar'd with what grows in all plenty there,
Deserves not to be nam'd. The pow'r I serve,
Laughs at your happy Araby or the
Elysian shades; for he hath made his bow'rs
Better in deed, than you can fancy yours.

ἐκτος μόρου τε καὶ χρόνου, πόλλ' εὔξομαι,
ὅσ' ἀγάθ', ὁρῶσ', ὡς ῥᾳδίως κεκτημένη.
ἔνθ' ἄνθος ἥβης ἄφθιτόν τ' ἀεὶ γάνος
θάλλουσιν ἥρος· οὔτε χεῖμ' ἄρ' ἔνθ', ὑφ' οὗ
πέπηγε τ' ἄρθρ', οὔτ' ἔνθ' ἄρ' ὤκισται θέρος
πάμφλεκτον, οὐδὲ λιμὸς, οὐ γῆρας βαρύ.
Τέμπεων λάθου σῶν, εἴ γέ τίς σ' αἰδῶς ἔχει,
μήδ' αὖ σὺ κῆπον μήποθ' Ἑσπερίδων λέγοις·
χρυσέαν ὄπωραν, ἣν ἄϋπνος ὢν ἀεὶ
δράκων ἐφρούρει, χῆντιν' Ἡρακλεῖ παρῆν
δρέπειν μόνῳ, τῇδ' ἀντιθεῖσα τὴν ἔκει
θάλλουσαν αἰὲν ἀφθόνως, οὐκ ἀξιῶ
λόγου τινός· σῇ δ' Ἀραβίᾳ θ' εὐδαίμονι
νάπαισί τ' Ἠλυσίαισιν ἐγγελᾷ θεὸς,
ὃν ἐγὼ σεβίζω· τοὺς μὲν ὃς κήπους ἔκει
ἔθηκεν ἔργῳ κρείσσονας τῶν σῶν λόγῳ.

NUTCOMBE OXNAM.

PRIZES.*

GOVERNORS' PRIZES.

GREEK SAPPHICS.	LATIN LYRICS.	LATIN HEXAMETERS.
1820. Thomas Smith.		C. W. Bollaerts. (1.) Isaac Williams. (2.)
1821. Isaac Williams.	Isaac Williams.	Robert Dallas.
1822. Frederick Calvert.	Herman Merivale.	Herman Merivale.
GREEK IAMBICS.		
1823. Herman Merivale.	Francis Trench.	Robert Sheppard.
1824. Francis Trench.	Charles Wordsworth.	Francis Trench.
1825. Arthur Martineau.	Charles Wordsworth.	Arthur Martineau.
1826. Ashton Oxenden.	Charles Thornton.	Ashton Oxenden.
1827. Nutcombe Oxnam.	F. L. Popham.	F. L. Popham.

PEEL MEDAL,

LATIN ORATION.

1826. THOMAS DYKE ACLAND.

1827. NUTCOMBE OXNAM.

* The Annual Prizes for Latin and Greek Verses are given by the Governors of the School: for each successful composition Five Guineas. The Annual Prize for the Latin Oration is a Gold Medal, founded by the Right Hon. Robert Peel.

ORATIO

NUMISMATE ANNUO PEELIANO

DIGNATA

ET

IN SCHOLÆ HARROVIENSIS AUDITORIO

RECITATA

DIE JUN. 7. A.D. MDCCCXXVII.

AUCTORE

NUTCOMBE OXNAM.

LONDINI:

IN ÆDIBUS VALPIANIS.

1827.

PRINTED BY A. J. VALPY, M. A.
RED LION COURT, FLEET STREET.

Facile est et familiare homini semper de rebus præsentibus conqueri.

Familiare esse homini semper conqueri de rebus præsentibus, nemo non fatebitur. Cuncti penè, cùm poëtæ, tum orationis solutæ scriptores, hoc idem lamentati sunt, sua scilicet tempora præteritis longè deteriora accessisse. Omnium ferè in animo fuisse hæc eadem sententia videtur, cui Horatius adstipulatus est; ætatem parentum, avitâ pejorem, nos nequiores tulisse, progeniem mox daturos vitiosiorem.

Et profectò universum hominum genus à virtute majorum degenerâsse, omninò in proverbium abiit. Hujusce quidem querimoniæ, quæ passim auditur, causam pauci admodùm requirunt, vix ulli invenêre: justam autem aliquam extitisse causam plerique credunt, quia ipsam querimoniam ore omnium decantatam esse noverunt. Sapiens verò incerta pro certis habere nolet; neque cum vulgo de eâ opinione consentiet, quæ argumentis nequeat confirmari, facilè possit refelli.

In hoc loco, homines non modò à majorum conditione non recessisse, sed etiam in gradum longè altiorem, quàm qui ab illis unquam occupatus fuerit, semet jam evexisse, constitutum est demonstrare. At priusquàm argumenta, quæ hanc rem probent, aggrediamur, necesse est ostendere, cur opinionem, huic nostræ omninò contrariam, maxima hominum multitudo semper sibi persuasam

habuerit. Hoc verò leve est opus. Qui jam senectute sint provecti, illorum corporis vires torpore quodam coërceri, et animi simul solent languere; adeò ut vitâ illi nequeant pari ratione jam frui, atque adhuc juvenes potuerint. Tempora etiam mutantur, et mos ille hominum antiquus consuetudini novæ cedit. Hæc omnia senibus molesta veniunt; atque, cùm annos exactos illi respiciant, et, quantas oblectationes vita ipsis tum obtulerit, recordentur, facilè fieri potest, ut omnia ex naturâ in pejus ferri arbitrentur, quoniam dies parum jucundos nunc ipsi agunt. Hujusmodi sententiam à parentibus suis juvenes accipiunt, et in eâdem ipsi perstant, verane sit an falsa, penitùs securi. Hinc falsa opinio ferè omnium animos tenet, et in ore ferè omnium versatur. Ex hoc palam erit ostendere, genus humanum temporis progressu adeò non in deterius esse mutatum, ut maximè processerit in Virtute, in Moribus, in Artibus variis et Scientiis, in re denique omni, quæ magna, quæ utilis, quæ honesta esse videatur.

In primis igitur, quæ quantaque commoda è sanâ religione cognitâ orta sint, consideremus. Hìc quidem non necessarium habeo singula quæque commemorare; neque ea cuncta, si id laboris susciperemus, ullo modo enumerare præstò esset. Quantas autem utilitates lux Christiana patefecerit, et quomodò has magìs atque magìs ad nostram usque ætatem homines potuerint consequi, brevi exponemus. Religio ipsa, de quâ loquimur, è cælo descendit; Dei ipsius consilio et auctoritate nititur; et, quò ea planè sanciretur, et fieret absoluta, non respuit Deus ipse hominis naturam induere, et pro nobis mori. An non hoc monstrat ingentis eam esse pretii, quæ honore tanto dignata fuerit? At ejusdem præcepta quàm

egregia esse inveniuntur! quos mores, quam virtutem, quantam erga Deum pietatem, quantum erga homines amorem nos docent! Quàm mirum in modum sævitiam molliunt, diligentiam stimulant, vitia evellunt! quàm pulchrè iris moderantur, libidines coërcent, animi fœditatem abstergent! Quod nullæ unquam leges, nulla satìs enucleavit philosophia, id sacra hæc efficit religio: quis ipse sit, quo proposito debeat vivere, homini ostendit, et non modò optimam præ se fert disciplinam, sed porrò tanto unumquemque auxilio confirmat, ut eam omnes facilè intelligant, et ad ejusdem normam vitæ rationem dirigere sciant: miseris solatia, omnibus spes et gaudia quædam infinita proponit. Hæc, quocunque sit delata, omni majora pretio commoda secum tulit, et ex naturâ suâ, semper ferat, necesse est; quò longiùs ergò hæc per terrarum orbem extendatur, eò felicior, cò præstantior hominum ætas fiet.

Quòd si præsens tempus, non cum sæculis antiquis, sed cum illis, quæ huic nostro prope antecesserunt, cum annis modò exactis, conferamus; tum quidem lucem veritatis apertiùs indies gentibus affulsisse, reperimus; tum eam gradatim latiorem factam esse atque clariorem, et etiam nunc augeri quotidiè amplioremque induere pulchritudinem videmus. In hac igitur re non dubitandum est, quin homines eximiè ac feliciter progressi sint.

Nunc verò ad Mores paulispèr animum convertamus. Religio sana hos dicatur mutavisse: Mores tamen et Religio inter se distant; et æquum est, separatim ea in hoc sermone tractari. Quicunque sit in historiæ annalibus vel mediocriter versatus, novit ille, quæ scelera, quæ flagitia, quæ libido, non modò admissa à veteribus, sed

etiam palàm fuerint ostentata ; quòd si ad annos, qui in memoriâ sunt recentiori, spectet, homines non eâdem morum pravitate, quæ Romæ et Græciæ fœdam inusserat notam, imbutos, sed tunc etiam vitiis et obscenitate turpi obrutos, videt. Hinc, quantò meliùs plerique hodiè se gerant, licet contemplari. Quamvis non omnis animi labes deleta sit, quamvis vitam multæ adhuc fœdent maculæ, pudor tamen quidam à turpitudine abhorrens mentes hominum adeò coërcet, ut, quæ flagitia olim potuerit aliquis impunè venditare, ea nunc vix ulli audeant committere, aut commissa saltem fateri timeant. In præsentiâ est monstrare, quo modo apud homines libido, superbia, cupiditas et violentia multò minùs, quàm quondam, valeant ; et in re omni mores in melius promoti sint. Bella priscam suam jam deposuerunt sævitiam ; pax industriæ, non vitiis exercendis, jam præstat opportunitates.

Unà cum Moribus immutata est quotidiana Vitæ Consuetudo. Quandò nunc homines aliqua inter se negotia agant, tutiùs se, quàm olim poterant, alii aliorum fidei solent committere. Jus opes sequuntur, non coërcent ; non fastidium, sed voluntatem beneficam, movet paupertas ; non vi arrogantèr conculcari, sed studio amicè dato muniri solet, et adjuvari. Hanc profectò sententiam, quàm vera sit, demonstrat ea divitum cura, quæ egentibus paratam domum, nudis vestimenta, ægrotis auxilium, miseris denique omnibus perfugium ac malorum solatia ultrò præstat. Præcipuè in eâ, quâ nos jactamus collocatos, civitate, nulla provincia, nulla ferè urbs, his liberalitatis nostræ testimoniis caret.

Quantas item habent utilitates ea omnia consilia, ad pecuniæ curationem spectantia, quæ nuper modò reperta

sunt, usu modò recenti observata! Penès quemque est hodiè nummos suos receptaculis notis tutò committere, ubi non modò iidem fide summâ custodiantur, sed, sibi etiam si reddendos poscat, auctiores restituantur.

Quicunque porrò velit post se mortuum cognatis suis, aut amicorum cuiquam, opes certas legare, paucis donis, dum ipse vivat, huic vel illi collegio quotannis additis, finem optatum facillimè potest consequi. Dona enim, quæ collegio ejusmodi intereà suppeditanda sunt, si cum cumulato nummorum pretio conferantur, levia esse et exigua videntur. Et si quis vereatur, ne quid detrimenti ex incendio fortuito ipse accipiat, huic licet simili ratione præstare, ut damna sua, si qua accidant, statim compensentur. Hæc omnia incolumitatis et felicitatis publicæ incrementa ætati nostræ penè propria sunt, et sanè maximo sunt commodo, quippe quæ plurimis vitam suam leviorem et beatiorem reddant.

Si porrò Artes et Scientias novas, quàm ingenti gressu processerint, penitùs vellemus perscrutari, disputationi nostræ facilius esset materiam invenire, quàm modum. Brevissimè igitur eas perstringamus.

Vestes quàm plurimas atque pulcherrimas, in oppidis agrisque nostris de lanâ manu factas, quotannis divendi, res est non incerta: copia harum scilicet immensa est. Regnante autem inter Anglos Henrico primo (id, quod memoriæ proditum est, dicimus) rarissima fuêre lanea vestimenta. Neque impari ratione in cæteris artibus diligentia nostra egregiè fuit aucta. Quantâ admiratione debet hoc argumentum mentes omnium afficere!

Disciplinæ quoque omnes ad Scientiam pertinentes magìs magìsque perceptæ sunt, et in melius indies provehuntur. Complures etiam novæ jam repertæ fuerunt,

quibus vix ulla apud antiquos vel nomina respondeant. Hæ Artes, hæ Scientiæ non speciem modò pulchram præ se ferunt, sed solidas quoque utilitates habent; et veræ hominum felicitati multum, immò plurimum, adjiciunt. Artem, quæ nos docuit lentâ scribarum ope non diutiùs niti, sed celebritatem simul atque æternitatem chartis præstare, quo denique pretio possumus æstimare? cum quâ arte, veteribus cognitâ, conferre? Vapori etiam ex aquâ fervido, ad arbitrium nostrum concluso coactoque, quanta sit potestas, quantum commodum, quis satìs queat prædicare? hujusce autem materiæ miram admodùm vim omninò ignoravêre veteres. Porrò Medicina, quæ, qualis sit, meliùs quotidiè intelligitur, nemini non in nostros usus additamentum maximi esse videbitur.

At satìs jam dictum est; adeò ut disceptatiunculam meam ad umbilicum liceat perducere. Res ipsa, quæ fuit demonstranda, fusè exposita est, et manifestè, ut opinor, patet. Nisi rationibus ipse meis plus, quàm veritas concedat, largior, nemo, qui argumenti vim universam animo complexus singula quæque intueatur, hoc negaverit, nempè ut sæcula sæculis meliora, non pejora, successerint; et ut homines, à prisco usque ad præsens tempus, in re omni, quæ maximi debet æstimari, ulteriùs in perfectionem absolutionemque progressi sint.

N. OXNAM.

Harroviæ, 7 *Id. Jun.* 1827.

CONCIO

APUD

SCHOLÆ HARROVIENSIS GUBERNATORES

PRO ANNUA CONSUETUDINE

HABITA

DIE JUN. XXI. A.D. MDCCCXXVII.

ORATORE

FOSTER BOWER JODRELL.

LONDINI:

IN ÆDIBUS VALPIANIS.

1827.

QUAMQUAM hic annus à materiâ hodierni sermonis solitâ vacuus omninò esse mihi videtur, (quippe qui non modò non ob multas res aut gratulationi, aut lamentis obnoxius sit, sed vix ullis quidem confertus eventibus, qui ad hoc tempus spectent, et quales coràm vobis, Viri ornatissimi, proferre deceat ;) conspectus tamen mihi vester, hôc, obeundis negotiis nostris constituto, die, ità semper jucundus evadit, ut fieri non possit, quin promptum me tandem ad dicendum habeat, atque animo meo, primo in limine tantùm non deficienti, hunc laborem suscipiendum suadeat. Quamobrem, tametsi sentio, quàm, me agente, nulla alicujus pretii fieri possit allocutio : quantùmque de ejus gravitate, meam propter ingenii inopiam, detracturus sim ego, laudis tamen vestræ ardore quôdam incitatus, et benevolentiâ vestrâ, (cùm mihi, tum aliis meis condiscipulis, omni tempore prolatâ,) fretus, ad causam dicendam, summâ etsi anxietate, spe vos oblectandi minimâ, accedo.

In primis autem officio quôdam tristissimo fungi necesse est ; ità sanè tristi, ut ejusdem mentionem libenter prætermisissem, nisi quòd illius, de quô loquendum est, merita intercedebant, et, quantùm penès me sit, commemorationem poscebant. Hìc verò unius e Præsidibus nostris mortem dico ; honesti illius viri, quem vobiscum,

Judices spectatissimi, societate conjunctum familiari fuisse, intelligo ; qui vobiscum quanta, nostræ felicitati accommodata, fecerit, omnibus probè notum est. Neque is quidem in unâ hâc re laudandus et memoriâ nostrâ servandus est ; quippe qui in variis artibus extiterit illustris. Dignus enim erat, qui Mathematicus inter summos vocaretur : idem cælestium signorum peritus, summo studio in reconditâ illâ ac penè infinitâ rerum obscuritate elaborabat ; et, ut strictim dicam, homo satìs amplâ erat eruditione. Sed ne plus nimio eundem doleam, (quoniam nihil graviùs ferendum, nihil magis sermoni adversarium est, quàm de mortuis nimiùm loqui,) huic rei, minimè mihi gratæ, finem ponendum censeo. Quòd si cum eôdem magis familiariter ipse versatus fuissem, si necessitudo mea cum illo firmior exstitisset, in majores luctus erupissem, fortassè quiddam magìs tanto viro dignum conatus eloqui.

Porrò autem, quamquam nemo, cui Harroviæ nostræ gloria et dignitas caræ sunt, ex hujus interitu non justum sibi accipit mœrorem; multùm tamen angoris istius minuitur, multa invicem voluptas efficitur, quum ad optimum illum virum, in ejus locum suffectum, spectemus. Nihil saltem erit, ut opinor, quòd, hisce sub auspiciis, arbitrari possit aliquis, res nostras in pejus abiisse. Virum enim illum, (quem, nisi sub ægritudine diutinâ laborâsset, hôc loco hodiè compellare voluissem,) quamvis umbratili vitæ generi deditum, virtutis et integritatis omninò tenacem esse, nemo est, qui negaverit. Imò is est, qui nullam severitatis aut tristitiæ in animo vultuve personam sustinet : qui amabili cum suis vicinisque consociatione omnium in se bonorum animos non potest non conciliare. Quâpropter vobis, Viri ornatissimi, gratias summas

agi opus, qui talem hunc virum ex auctoritate vobis commissâ vestrum in ordinem cooptaveritis : cùm et vobis, nobisque, (si id loqui concessum,) nemo fuisset, quem scholæ nostræ præpositum majore cum gaudio amplecteremur. O ! utinam et hìc adesset, hìc, nullo impeditus morbo, meî ipsius meorumque acciperet condiscipulorum gratulationes ; nec, cum primùm hunc dignitatis gradum adeptus sit, in vitæ statu ità molesto versaretur !

Quod ad res nostras Harroviæ attinet, sicuti ab initio dixi, pauci sunt hodiè ii, quos apud hanc arenam superioribus solitum erat oratoribus commemorare, eventus. Satìs enim, Viri ornatissimi, jampridem munificentia vestra apud lavacrum illud nostrum perfecit. Nec verò ædes quaslibet novas in scholæ hujusce usus nuper instructas vidimus ; vix ulla tandem, quibus nunc in meo sermone utar, opera instituta. Unum tamen præcipuè adest liberalitatis vestræ testimonium amplissimum, cujus si obliviscerer, conscius mihi essem, me in animi ingrati vitium omninò incidisse. Nam qui campus nuper, nequaquam æquus, minimè in ludos nostros paratus erat, vestris ille opibus ità tandem factus est planus, ut asperitate primâ propemodùm carere videatur, et ludum innocentem atque honestas illas inter nosmetipsos certationes miro de more promoveat. Quô nomine, qui adsunt, gratias mecum agunt vobis condiscipuli hi universi.

Eundum tamen est ad doctrinæ, cùm apud nos, tum apud ludos publicos propè omnes, statum : Quæ per se ipsa quanto honore in Harroviam redundet, amplissimo argumento sunt tot viri, in media vitæ negotia progressi atque omni laude nuper cumulati, tot apud nosmet pueri, quo-

tidiè novo quôdam ardore in studium incumbentes, veluti non secuti inferiora. Quis tandem, ubi ad hæc animum converterit, non sibi ipsi vehementiùs in artibus elaborandum ingenuis putet; præsertìm cum viros tot viderit, summis honoribus jam nunc ornatos, quos Harrovia ex suis eduxerit incunabulis?

Ac si miremur, quæ causa præstò sit hujusce felicitatis, circumspiciamus, quæ et quanta omnibus ità honestè anniversaria exponantur præmia: quale est aureum illud numisma, quod ab illustrissimo homine, eôque ex hujus quondam loci alumnis, nuper acceptum habemus. Hoc tandem, unà cum ternis vestris, Viri ornatissimi, donis, animo non minùs liberali propositis, magnâ ex parte demonstrabit, quid sit, cur in tantam inter nos Harrovienses, ut arrogantiùs paullò de nobismet dicam, perfectionem provecta sit doctrina; et, præcipuè, cur nihil, quod ad eam attinet, de gloriâ nostrûm apud Oxonienses atque Cantabrigienses detractum sit.

Ac, quoniam res attingimus Academicas, non alienum omninò à sermone meo arbitror, si de novo quôdam apud Londinenses Collegio instruendo hìc loquar. Non equidem ignoro, quàm salebroso in loco versetur is, qui de consiliis quibuslibet novis sententiam edit; neque hæc sanè causa disputatoribus antè nos caruit vehementibus. Quòd si accuratè eandem scrutemur, fieri non potest, ut opinor, quin statim portentum illud damnemus. Qui veteri disciplinæ astipulamur, omnes uno ore clamemus,

> "Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
> Aut aliquis latet error."

Sed quoniam mihi minimè facultas ita dicendi est, ut dignum aliquid, opprobrii vice, pro offensione eloquar

illorum, qui tali consilio inimicos se præbent, satis erit, si duobus tantummodò argumentis utar, quæ sola per se ipsa funditùs eruendum et omnibus fortunis evertendum institutum hoc edocent.

In primis igitur percrebuit, Religionem omninò Christianam (de Reformatâ enim, ut dicunt, nihil moror) in nullâ apud istud Collegium futuram esse observatione. Quid? nonne audaci huic incepto maculæ fit statim ac detrimento nuda istiusmodi disciplina, adeò invidiæ ac formidini obnoxia? Quid? Artes discendæ sunt? Ingenium summo studio colendum? Scientia infinita investiganda? Religio tamen illa, cui omnes spes nostræ innituntur, arroganti de more negligenda, aut, ut ità dicam, repudianda? Licet autem artes calleas, licet omnia sapias, quæ penès hominum ingenia sint; si absit Dei quidam amor, si cum aliis studiis non communicetur, nihil es!

Quod tamen ad alterum meum argumentum attinet, à communi ratione propè abhorrere videntur ii, qui, sub hâc institutione omnes, vel humillimos, hominum ordines in variis artibus variisque linguis versandos esse, statuerunt. Non quòd litterarum amorem cuiquam contemnendum censeam, sed contrà præcipuè exercendum, quandocunque ad vitæ conditionem futuræ augendam spectat. Longè autem discrepat, si ignobiles quilibet et vilissimâ de plebe viri liberali instruantur scientiâ, quâ posthâc in suâ tenuiore vitæ conditione fieri non possit ut cupiant uti, neque, si cuperent, possent. Ast apud Cantabrigiam et Oxoniam quidam sunt dignitatis Gradus, quædam Præfectura: tum in Collegiis benè nummata Consociatio: honores porrò Ecclesiastici: ità ut ex Senioribus quisque olim Ecclesiâ suâ fruatur et glebâ. Hæc alunt æmulationem: hæc certationem provocant: hæc sunt disciplinæ benè merita præmia. Apud Londinenses

verò νεοφύτους omnia in arrogantiam abeunt; aut potiùs in patrum avunculorumque suorum lucrum; qui Academiam hujusmodi, non minùs fœneris, quàm doctrinæ, gratiâ aluerunt.

Expergiscimini ergò vos,

"Cupedinarii omnes,
Cetarii, Lanii, Coqui, Fartores,"

quô ingenuis artibus studia nova insumatis. Demostheni incumbite; siderum meatus indagate; ex diluvii ruderibus ossilegia comparate; unde, domum et ad officinas vestras reversi, anus puerosque, vos mirari; sapientes, ludibrio habere; ergà Deum pios, pro vobis, et à vobis, quid metuere, faciatis!

